

de privilegio voluntarie superveniente ad postulationem obvento, non autem de consecrati proprio, ac prater voluntatem habentis obvento, & maxime de privilegio clauso in corpore juris, juxta Gloss. communiter receptam in leg. qui autem, ff. si quis caus. Et ideo omittis generalibus; In propriis terminis nostris, quod privilegium l. unic. super-veniens post litem, puta quia cepta cum uxorata, que postmodum fiat vidua, vel cum infante, cui moriatur pater, ad huc allegari possit, firmant Novar. ubi sup. l. 4. q. 12. n. 1. Ricc. collect. 2155. late Giurb. decis. 8. num. 7. & seq. Marchelan. de commiss. par. 2. fol. 307. num. 46. Et sic text. non applicatur, nam alias illa conclusio communiter firmata remaneret falsa.

Circa tertium obiectum, in quo totus cardo difficultatis consistere videtur, deductum ex text. in l. si is qui Roma, ff. de judic. ut haeres ex propria persona declinare non possit forum, in quo causa cepta erat cum defuncto, quamvis multa ad impugnationem illius conclusionis adduci possent; Atamen ex abundantis non negatur conclusio, sed dicitur, quod illa procedit tantum illa instantia, que cepta est cum defuncto, non in alia, que habeat principium cum ipso privilegiato; Praecipue siquidem rationes, in quibus dicta conclusio fundatur, sunt; Primo, quia haeres litatur instantia cepta cum defuncto; Secundo, quia per litem ceptam coram uno iudice, videtur defunctus quasi contraxisse cum colligantem, ut non possit illius iudicis forum declinare, idcirco haeres non potest dictum quasi contractum impugnare; Et tertio, quia haeres succedit in universo iure creato, & formato cum defuncto tam active, quam passive, ut supra dictum est, alia namque rationes adductae per Novar. nempe quod haeres, & defunctus reputantur una persona, & similes, tanquam nimis generales non concludunt; nam possent etiam convenire quando iudicium cum defuncto ceptum non esset, quod est falsum ex dictis superioribus.

Si ergo istae rationes considerantur, nulla concludit pro secunda instantia cepta cum herede, quoniam prima ratio, ut haeres ligetur instantia cepta cum defuncto, recte procedit, illa instantia durante, sed ubi illa finita est per sententiam, tunc cessat dicta ratio, quoniam etiam tenentes causam appellantis esse unam, & eandem cum causa principali, non negant instantias esse omnino diversas, & separatas.

Altera ratio ob quasi contractum, similiter cessat, quoniam quasi contractus respicit illum iudicem, cum quo lis cepta fuit, ideoque non percutit secundam instantiam tractandam coram diverso iudice, & in alio Tribunali, cum non dubitetur causam appellantis esse diversam iudicis, & Tribunalis, cap. 2. de consuetud. in 6. cum concordant. de quibus Franch. in cap. 2. de jur. calum. num. 1. in fin.

Tertia vero ratio coincidit in idem, quod secunda, quod nempe ius formatum, & creatum sit in illa instantia, quia in ulteriori, adhuc in rerum natura non existente, ac oriente ex futuro eventu appellantis, quae se habere potest ad esse, & non esse, non potest dici ius formatum, & creatum, cum non entis nulla possint esse partes, neque de tempore quo altera instantia in esse producit, ad eam persona defuncti iam de medio sublata; ideoque nullum ius creati, vel eformati potuit.

Prout neque fundamentum constitui potest in dicto Doctorum simpliciter dicentium, ut haeres amittat privilegium in causa, quae omnes instantias complecti videtur; Tum quia a dicto Doctorum argumentum sumi non potest, cum eorum auctoritas non sit necessaria, Franch. decis. 87. num. 16. Rota decis. 600. num. 32. par. 3. recent. in fin. Si enim verbo Doctorum attendere volumus, Marchelan. utitur verbo instantias, & sic probat intantum nostrum: Tum etiam, quia neque absolutum est de iure, ut forte per tenentes contrarium supponitur, quod causa principalis, & causa appellantis sit una, & eadem, quoniam contrarium, ut sit diversa, & separata probatur in cap. 2. de iuram. calum. in 6. ubi iuramentum praestitum in causa principali, non sufficit in causa appellantis tanquam diversa, & ibi Gloss. hinc inde varia deducit per ista conclusio, ubi etiam Franch. in princip. & in cap. Romana de testibus in 6. num. 4. circa med.

Hinc habemus, quod Advocatus actoris in prima instantia potest esse Advocatus rei, in secunda tanquam diversa, Gloss. Bald., & alii in l. fin. ff. de postulan. Franch. in d. cap. Romana, numer. 3. Anna singular. 7. num.

Mascard. de probat. censur. 952. numer. 9. Alex. d. consil. 96. lib. 2.

Judex in prima instantia potest esse testis in secunda, Franch. ubi sup. cum aliis per Mascard. dicta concl. 952. num. 7. & 8.

Procurator in prima instantia non tenetur prosequi, & esse in secunda, Alex. conf. 96. lib. 2. num. 2.

Salarium pro causa conventum cum Advocato, & Procuratore, intelligitur in prima instantia, & in secunda novum debetur tanquam in diversa, Alex. ibid. & alii.

Fidejussor de iudicio Sixti in prima instantia non tenetur iuxta unam opinionem in secunda, ex deductis per Enrig. de fidejussor. cap. 20. §. 20. num. 4. & seq. Thef. decis. 202. Surd. decis. 212. Capyc. Latr. consil. 49. num. 7. Cyriac. controvers. 285. Prat. ad Mufcatell. in praxi fidejussor. modo 12. apud quos habentur etiam tenentes contrariam.

Et multa his similia exempla adduci possunt, unde Alex. dicto conf. 96. deducendo multa hinc inde ad istam conclusionem, num. 5. in fine, concludit pro veritate, quod causa appellantis, verè, & proprie non est eadem cum causa principali, neque est penitus diversa; Sed quandoque est eadem, quandoque est diversa diversis respectibus; & eum sequuntur Surd. decis. 47. num. 3. & alii.

Si ergo de necessitate non est eadem, sed potest esse diversa, ita ut sumus in casu dubio, idcirco capiendum est in dubio interpretatio pro privilegio; Tum quia in dubio iudicandum est pro regula, & contra limitationem, quae tanquam rigorosa, & exorbitans a regula venit stricte intelligenda: Tum etiam, quia in dubio capiendum est intellectus, qui magis favet personis miserabilibus, quorum causa pia dici potest.

Et si esset verum, quod ad hunc effectum initium litem veniret attendendum in tota causa, etiam in gradu appellantis, adeo ut qualitas impressa ab initio primae instantiae influeret in ulteriores, sequeretur quod pupillus, qui durante prima instantia factus est maior, vel vidua, quae cepta lite virum duxit, possit etiam in secunda, vel tertia instantia uti privilegio l. unic. atque semper habere fore electionem, & variationem, quod falsum videtur; nam DD. non sine controversia tribuunt hoc durante tantum illa instantia, ut apud Carav. rita 233. num. 12. Franch. decis. 257. in fin. Scacco de appellat. rita 609. num. 118. & seq. Giurb. de dec. 82. num. 23. Menoch. dicto casu 66. num. 28. Novar. l. 2. quae si. 3. num. 3. & quae si. 6. num. 3.

Et quod limitatio, de qua tractamus, procedat solum in prima instantia, non alia, probari concludenter videtur à simili; nam pupillus, vel minor, qui beneficium restitutionis in integrum competit adversus non factas probationes, succedens majori non gaudet illo beneficio in illa instantia cepta, & tractata cum majore, Afflic. decis. 21. ubi Ursin. Cephal. consil. 242. numer. 9. & 10. Roland. consil. 99. n. 42. lib. 1. Carav. rita 71. num. 6. Sed in instantia ulteriori cepta cum ipso minore in gradu appellantis, utique de dicta restitutione non videtur in praxi dubitari, quia restituitur in iudicio tractato cum ipso minore.

Insuper pro clariori veritatis comprobatione, atque contrarium totali resolutione observandum est, quod aliud est privilegium mutandi forum totaliter, & sic variandi de foro ad forum, variata specie jurisdictionis, puta de foro laicali ad clericalem, & de pagano, seu ordinario ad militarem; Aliud vero est privilegium variandi de loco ad locum, & de iudice ad iudicem, ejusdem tamen fori, & jurisdictionis; Primo enim casum non solum diversificat instantia, sed etiam tota causa, ita ut efficiatur penitus causa nova propter variationem jurisdictionis, & ideo in illis terminis bene procedere potest prima opinio, quoties causa cepta est cum defuncto, quia tota causa praeventa est in illo foro, atque in illa jurisdictione; Et in his terminis loquuntur Carleval. ubi sup. & alii qui possent allegari, quorum dictum neque est sine controversia, cum in terminis Clericali laico succedentis, etiam lite cepta, in contrarium videatur opinio magis communis, & recepta saltem apud Canonistas.

In casu autem nostro non diversificat jurisdictione, neque forus, sed solum contentio est de loco ad locum, & super ordine iudicis ejusdem fori, & jurisdictionis, propterea non videtur, cur huiusmodi privilegium denegandum veniat, cum in eo aequè militet ratio, ob quam tale privilegium concessum fuit, nempe ut pupillus, vel alia persona miserabilis non trahatur extra provinciam suam, ac possit facilius probationes facere, seu scripturas invenire, aliaque iura deducere, ut bene discuntur Gratian. dict. disp. 565. num.

num. 71. & seq. Marchelan. par. 2. fol. 310. num. 68. & seq. & alii allegari.

Et magis praedicta procedere videtur de plano in casu, de quo agitur, dum privilegium non vult variare forum defuncti, neque uti iure speciali, sed infat conveniri in eo foro, in quo defunctus iure communi attento veniret conveniendus, & sic allegat privilegium excipiendo, ac ad impediendum adversarium, ne utatur iure speciali appellationis omisso medio, juxta insignem decis. Franch. 553. quam lucucque non videmus impugnatam, illamque recert, & sequitur Novar. de elect. fori sect. 2. quae si. 3. in fin.

Est enim certissima juris conclusio, quod non licet appellare omisso medio, etiam si ad Principem appelleretur, l. Imperator 21. ff. de appell. cum concordant. de quibus late Scac. de appell. q. 7. n. 1. & seq. Quodque nemo inquit extra propriam provinciam trahendus est.

Minusque refragatur, quod ista conclusio non procedit de iure canonico, quo attento appellari potest omisso medio ad Papam, qui est Ordinarius Ordinarium, quoniam omnia pro nunc infectione, an ista limitatio procedat tantum in causis Ecclesiasticis, in quibus appellatur ad Papam tanquam Papam, & caput Ecclesiae, non autem in causis prophanis, in quibus appellatur ad illum tanquam Principem temporalem, dum Papa hodie pro seipsum causas non cognoscit, limitatio solum deservit, ad effectum sublimitendi appellationem, non autem ad aliud; nam regulariter parte instante solet Papa causas remittere ad partes ad iudices mediatos, ut potest alios Scacco d. q. 7. n. 47. in fin. 51. in fin. & 83. & 84. Et sic res reducitur ad regulam juris, maxime accedente statuto particulari disponente appellationem gradatim esse faciendam.

Et licet multoties Papa, vel ipsius loco Signatura Justitiae solet, vel ob gravitatem causae, vel ob alias rationes ejusarbitrio bene visas, committere causam appellantis in Curia omisso medio, ut per March. & alios loc. cit. Nilhilominus hoc est recedere à regulis generalibus juris, & devinere ad quoddam jus speciale, quod privilegiatus excipiendo impedire potest, etiam si sit haeres, quia ipse non utitur privilegio, & iure speciali contra alterum, sed solum impedit, non concedatur illud alteri, ita ut causa tractetur in foro ordinario defuncti, & in quo regulariter, si defunctus viveret, causa tractanda veniret, & sic non deducitur privilegium tanquam privans legem, atque ut per illud recedatur à regulis juris, sed tanquam fovens legem, seu tanquam obstatulum ad impediendum; ne juris dispositioni derogetur. Ad instar concessus duorum privilegiorum, quia privilegium unius operatur, ne illud ulterius effectum fortia-rit, sed juris dispositio servetur juxta eorum regularem naturam, & cursum, & hanc sententiam veritatem, salvo & Ignorantem autem est quid exinde sequens sit, cum hoc fuerit de primis laboribus pro veritate ipso initio susceptae advocacionis in Curia.

ROMANA, SEU JANUEN. REDDITIONIS RATIONUM PRO JOSEPHO MARIA SENAREGA, CUM COSTAGUSTIS.

Causa disputans in Signatura Justitiae, & resoluta pro Senarega.

De foro in quo reddendae sunt rationes, & an illa active, vel passive reddendae sint in alio loco, quam illo gestae administrationis ex privilegio Eugeniae, vel alio privilegio uni, vel alteri competente; Et de materia l. diffamari, & l. si contentant. & quando intentans huiusmodi remedia, dicatur actor, vel reus.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 Rationes, seu reddendae in loco gestae administrationis.
- 3 Ampliatio, ut ipso casu non intret privilegium leg. unica, &c.
- 4 De Eugeniae quando locum habeat.
- 5 Haeres non declinat forum defuncti.
- 6 De remediis l. diffamari, & l. si contentant, & an differant inter se.
- 7 De effectibus quos producant dicta remedia, vel eorum alterum.

8 Intentans dictum remedium, an dicatur actor, vel reus.

9 An laicus cum hoc remedio vocet Clericum ad forum suum.

10 Titus non convenitur per pupillum ad reddendas rationes in eius foro, sed conveniendus est in foro proprio.

11 Declaratur dicta conclusio quomodo intelligenda.

12 An, & quando intret equitas, ob quam rationes reddantur in alio loco, quam illo administrationis.

13 Quando intret in iurisdictione connexionis.

14 Ubi sunt plures administrationes unius faciendae est in uno loco, in quo rationes reddantur.

D I S C. LXXIII.

Anno 1611. inita fuit societas bancaria in Civitate Januae, inter Bartholomaeum, & Andream germanos fratres de Costis, sub ea conventionione, quod pro rata librarum 140. mil. administratio spectaret ad Andream, faciendae in Civitate Lugduni, & pro libris 160. mil. spectaret ad Bartholomaeum, faciendae in eadem Civitate Januae, ita tamen, quod tam utriusque fortis, quam lucrorum, & utilium, tres ex quatuor partibus essent Andreae, ita ejus pecunia etrogantis, quarta vero Bartholomaei.

Utroque defuncto, Senarega haeres mediatus Andreae, iudicium instituit contra Costagustos haereses pariter mediatus Bartholomaei in dicta Civitate Januae pro redditione rationum administrationis, ut supra ipsi injuncta; Costagusti autem in Urbe domicilium habentes, duo ab A. C. monitoria obtinuerunt, quorum vigore curatur Senaregae inhiberi, ne iudicium, ut supra coeptum prosequeretur, eoique non alibi, quam coram ipso Jan. A. C. conveniret; Unam nempe vigore Eugeniae concedentis Curialibus, ne extra Curiam trahi possint, neque coram iudicibus de partibus conveniri; Alteram vero in vin. leg. diffamari, ff. de ingenuis, & manumiss. seu leg. si contentant. ff. de fideiussor. ita se reos faciendo, in foro proprio domicilii conveniendus; Quare pro huiusmodi impedimentis removendis, cum ita ex pluribus iustis causis Senaregae actori expediret, non obstante quod Magistratus Januae huiusmodi inhibitiones non curaret, adito per illum Signaturam Justitiae, & assumpta desuper dispositione.

Pro hac parte scribens, fundatam absque dubio dicebat ejus intentionem in regula text. in l. 1. & 2. Cod. ubi de rationibus agi oporteat, ubi firmatur, rationes reddendas esse in loco gestae administrationis, cum ibi facilis, & plenius; tam per testes, quam per instrumenta, libros, aliaque legitimas probationes veritas haberi possit, ut firmant Bart. & ceteri ibidem, de quibus Duran. & Adde. decis. 474. Carleval. de iudicis tom. 1. disp. 2. num. 168. Idque adeo verum, quod licet ex privilegio Eugeniae, quando Imperator, &c. concedatur, pupillis, viduis, aliisque miserabilibus personis electio fori, ea tamen in presenti denegatur, neque in privilegii variari potest forum gestae administrationis, Gratian. decis. 80. in addit. num. 6. & 7. Novar. de elect. fori par. 3. quae si. 34. num. 1. & per tot. Paschal. de patr. potest. par. 2. cap. 2. num. 5. nudi. Thorus in compend. decis. verbo rationes num. 25.

Non negabant pro altera parte scribentes regulam praedictam, sed confugiebant ad limitationes deductas ab uno ex dictis remediis, ut supra intentatis, vel scilicet Eugeniae, vel ex leg. diffamari, & leg. si contentant; De primo Eugeniae nulla penitus ratio habita fuit, ita ut excepta prima, in pluribus subsequentibus acerrimis disputationibus, ob aliorum votorum discrepantiam desuper habitis, non fuerit amplius actum; Tum quia illa non emanavit ad favorem omnium in Urbe commorantium, sed solum Curialium, quales isti non erant, ut ex Marchelan. & aliis habetur apud Ridolphin. in praxi par. 3. cap. 4. num. 256. & seq. Tum etiam, quia si in hac materia non prodest privilegium, leg. nunc. etiam tanquam clausum in corpore juris est absque dubio potentius, ac majoris efficacitae; ex deductis per Franch. decis. 234. 264. & 553. Carleval. dicta disp. 2. num. 299. cum seq. Multo minus suffragari poterat istud particulare privilegium; Porro simè quia isti non conveniebantur ex persona propria, sed tanquam haereses Bartholomaei, cuius forus est privilegio specialis, & non clauso in corpore juris declinare non potest, juxta terminos text. in leg. haeres absens, ff. de iudicis, ubi Castren. & ceteri, de quibus Franch. in allegat. decis. 234. 264. & 553. Rovit. decis. 74. num. 8. & 9. Carleval. dicta disp. 2. num. 288. cum seq. & de quo habetur actum in Arclaten. pensionis hoc tit. disc. 86.

Major igitur disputatio fuit super altero remedio, quod pro altera parte scribentes distinguebant, in re illud resultant ex leg. diffamari, & alterum ex leg. si contentant, quae

quod istud esset altero pinguius, & efficacius, quodq; nostrae responsiones adversus unum, non sufficere ad adversus alterum; Verum in hoc advertebam procedi cum aliquo aequivo- vo super huiusmodi remedium differentia, cum solum in eo consideretur, quod intentans remedium *leg. diffamari*, cogitur agere in termino, quo elapso imponitur silentium, intentans vero illud *leg. contentantur*, cogitur statim agere, alias iudicium procedit super exceptione; In reliquis autem in nihil differunt, atque praxis recepti illa in simul cumulari solita esse, ut firmant Socini. *conf. 94. num. 6. post med. lib. 3. Capol. in l. diffamari num. 5. in fine.*

Aliamque differentiam ex Covarr. Carpan. & aliis ponderat Capyc. *Litr. consil. 114. num. 27.* quod scilicet in terminis *leg. diffamari*, opus est probare factantiam, quod in terminis *leg. contentantur*, non requiritur; Verum haec differentia nullius remanere videtur considerationis, cum probatio diffamationis non videatur esse in usu, praesertim siante utriusque cumulatione, quam praxis servat.

Pro Itorum autem remedium qualitate dilucidanda, ita ut evitentur aequivo- ca, quae apud aliquos magnam impressionem faciunt; Dicebam observandum ex Socino *de cens. 104. n. 2. cum seq. lib. 4.* quo ceteri moderniores desumptant, effectum huiusmodi remedium in duobus tantum consistere; Primum nempe, quod statim regula, ut nemo iniurius agere, vel accusare cogatur, & ista limitetur ex iustissimi remediis, seu coram altero, dum ita etiam volens agere cogitur, ac aliis parti praesertim ac sine actionis neglecto experimento resistentia, ut per Socin. *ubi sup. num. 3.* Atque hic est unus effectus; Alter vero, quod existentibus pluribus iudicibus aequo competentibus, de iure actoris est electio, coram quo reum convenire velit; licet enim actor forum relinqui teneatur, attamen sufficit, quod illum conveniat coram iudice competenti, data sibi electione, ad text. in *l. fin. Cod. ubi in rem actio, cap. cum sit generale, de foro compet.* Hanc autem electionem, reus, ita preveniendo actorem, tollere potest, iuxta unam opinionem, ab aliquibus etiam impugnatam, itaut praecipuus effectus huiusmodi remedium in hac electione de actore in reum transferenda consistere videatur; Sed fidei iure causa coram uno iudice de sui natura tractanda est, tunc huiusmodi remedia per reum preventive intentata, possunt quidem operari primum effectum urgendi actorem ad eius iura deducenda, itaut alias reo concedatur a iactura molestationibus absolutio, suarumque exemptionum canonizationem obtinere, non autem, ut ita iudicis unice competentis forus effugi valeat, & de quo solum erat quaestio; Unde propterea in proposito, nullius operationis esse dicebam huiusmodi, in quo tam magnum constituebatur fundamentum.

Allegabant pro altera parte scribentes Capyc. *decis. 18. num. 4.* Gratian. *discept. 8. per tot. praesertim num. 6.* & alios ad probandum, quod intentans huiusmodi remedia, licet quoad eorum intentionem esset actor, attamen quoad causae substantiam sit reus, iuxta veriorum opinionem, quam reprobato Afflicto *decis. 368.* tenent Capyc. & Gratian. *ubi sup. Ursil. ad Afflicto. ibid. de alii apud Muleatell. in praxi civilis, verbo Reus, numer. 12. cum seq. ubi late Pratus in addit. versis. ad quaest. 10. s. 1. a 1020.* Cachoran. *decis. 151. Cavalat. dec. 587. Roia. decis. 57. numer. 31. & 32. part. 7. re- cent.* Firmana beneficii 28. Aprilis 1659. coram Cerro, ex ea potissima ratione, quod idem debet esse iudex causae preparantis, qui est iudex causae preparatae, ut per Gratian. *d. num. 6.*

Verum admittendo conclusionem, dicebam illam nil facere ad rem, quia potest quidem ille, qui in substantia futurus esset reus, prevenire coram ipsiusmet rei iudice actorem, quamvis diversis fori; Ut de laico per hoc remedium *leg. diffamari, vel leg. contentantur*, vocante ad forum laicalem Clericum futurum actorem, firmant allegat, & habetur in Neapolitana donationis, *hoc cod. tit. disc. 62.* ubi conclusio declaratur, semper tamen reus in terminis competente in hac fidei specie cessantis, cum illa solum adesse dicitur in pluribus aequo competentibus iudicibus loci gestae administrationis, quorum respectu dicta remedia sustinenda possent quoad electionem inter eos, ita ab actore in reum transeuntem.

Deducunt etiam auctoritates Guttier. *de tutel. part. 3. cap. 1. num. 126. Sued. de olim. tit. 1. quest. 47. num. 10. Munoz. de ratiocin. cap. 7. num. 4.* ad probandum tutorem, vel alium conventum ad reddendas rationes, non teneri responde- re in foro pupilli, vel alterius huiusmodi redditionem pen- tens, iustitiae per eum peti remissionem ad forum sui do- micilii; Sed pariter hoc fundamentum videbatur nullius mo-

11

menti, cum praedictae auctoritates, ut ex eorum lectura li- quet, procedant, ubi ageretur de revidendis rationibus se- mel redditus; Pupillo etenim, vel alio, cuius bona admini- strata sunt, praesertim redditionem iam factam esse erro- neam, vel alias contra iuris regulam rationes semel red- ditas, denud reddendas esse, tunc debet convenire tutorem, vel administratorem in foro suo, neque hic tenetur extra proprios lares item subsistere super rationibus semel red- ditis; Vel etiam, ubi administrator in loco gestae admini- strationis pulsasset alteram partem ad recipiendam rationum redditionem, illaque in mora legitime constituta diceretur ad locum, cum tunc ad eum denud redire compellendus non esset, dummodo, ut dictum est, mora legitime, ac bona fide contracta sit, itaut non sit affectata cautela, ad fraudan- dam legis dispositionem.

Magnam item, ac potissimum fundamentum constitue- batur per alteram partem in *dec. 13. Peniz, & conf. 154. Sim- de Praet. ad probandum*, quod saltem de equitate pars of- ferens suo sumptu, & periculo rationes reddere, & ju- stificare in proprio domicilio, cogenda non sit ad locum gestae administrationis accedere, atque super hoc motivo major fuit huius controversiae difficultas; Replicabant ta- men casum decisionis praedictae esse in oppositum, quoniam in eo casu actor, cui rationes reddi debebant, & qui administratorem reum convenire poterat in loco gestae administrationis, contentus erat cum convenire in loco domicilii ipsius rei, cuius oppositio calumniam sapere videbatur, dum id sibi commodius reddebatur, atque actor se exhibebat proprio sumptu, & periculo omnes li- bros, & scripturas necessarias ad ipsum domicilium rei locum transportare, itaut ipsius actoris esset incommodum, non au- tem rei, ideoque rationabiliter firmatur in hoc actoris per- tentioni deferendum esse, saltem ex quadam non scripta aequi- tate; In praesenti autem res erat in oppositum, dum ageba- tur de trahendo actorem pupillum, cui iuris regula, ac aequi- tas assistunt, extra proprios lares, unde esset dare aequita- tem cum alterius praesidio, ac iniquitate, quod omnino denegandum est, cum solum aequitas loci fiat, quando ius alterius partis non fiat detur, itaut intret regulam, *quod ubi non nocet, &c.* Et fortius, quia in Civitate Januae, iam soluta erat quadam summa notabilis pro gabella, quae ibi ob- lites introductas solvitur.

Demum cum his disputationibus pendebatur, idem rei pro redditione rationum administrationis gestae per Andream in Civitate Lugdunensium, tanquam actores, contra eundem Senaregam ejusque patrem, & legitimum admini- stratorem in Curia apprehensus iudicium instituit, dice- bant ex hac ratione, dicebam aliam causam in Curia quoque tractandam esse; Tum pro servanda aequalitate, dum ipsi molestant volentes alteram partem, ut rationes redderent in remotiori, & in commodiori loco, in Civitate scilicet Lugdunensium, contentabantur eas recipere in Urbe, loco absque dubio commodiori; Tum etiam ratione con- nexionis causarum, & necessitatum continentia dividatur, allegando plene in id cumulatam per Salgad. *in labyrinth. par. 1. cap. 3. cum seq.* ubi de hac materia unionis causarum co- ram uno iudice ob eorum connexionem, seu praesertim occa- sione concursus creditorum super defectu debitoris patrimonio; Ac etiam deducendo specialem dispositio- nem text. in *l. omnes, C. de arbit. tutela, cum concordant. per Gratian. decis. 180. num. 5. cum seq.* Verum leve fundamentum quoque videbatur, quoniam actores se promptos offerbant ad rationes reddendas in dicta Civitate Lugdunensium, & non curabant eam oblatam commoditate, quam constabat esse affectatam ad dictum alium nimis praesertim effectum.

Et quoad connexionem, dicebam haec esse negotia metè distincta, nullam connexionem habentia, itaut considera- ri non possent inconveniens, quod coram pluribus iudicibus super eodem puncto individuo, diverse orientur sententiae; Minusque altera ratio, quod sententia lata in una causa faceret statum, seu exceptionem rei iudicatae in altera pareret, quae sunt connexionis fundamenta; Et ulterius intrabat dilemma inevitabile; Quod aut ista negotia erant connexa, aut non; Si non erant, cessabant omnia praemissa, & si erant, tunc ista secunda causa remittenda quoque veniebat ad dictum forum Januae, in quo altera causa praevienta erat; Et fortius, dum pro ejusdem fori competentia concurreret etiam, quod ille esset locus originis, & domicilii contrahe- ntium, ac etiam limit contractus.

Ad text. autem in *l. omnes, C. de arbit. tutela*, cum dedu- ctis per Gratian. *dicta decis. 180.* respondebam illum proce- dere,

12

14

dere, ubi una eademque tutela, sive unum, & idem nego- tium à pluribus personis diversi fori administratum fuit, ne scilicet contingat, pupillum, vel alium, cuius bona admini- strata sunt, eandem rationum redditionem coram diversis iudicibus, & in diversis foris exigere debere, quod nil com- mune habet cum casu controversiae; Et ex his post magnam discussionem, ob aliquam vororum discrepantiam, cum ius- titiae fundamentum resolutum fuit, remittendam esse causam ad forum Januae, ut sequitur fuit.

ANNOT. AD DISC. LXXIII.

Non dubitatur de regula firmata in hoc discursu, ut ra- tiones reddi debeant in loco administrationis, quod- que extra illum non teneatur administrator illas reddere; Verum quando casus praebat, quod extra illum locum causa agatur ratione appellationis, aut privilegii unus ex contrahentibus, vel ex partium consensu, dubitari con- tingit, an una partium instante, teneatur altera libros ad Curiam apportare, sive parti, quod altera cum ejus sumptu, & periculo illos apportet, iuxta cautam adhibitam in Ferrar- rian. Pensionis, de qua agitur *decis. 32. par. 10. recent. & que consideratur etiam *decis. 11. o. ad. part. 16. n. 5.* Atque in una Perusina exhibitionis librorum inter Comitum Panicorum, & Socios Appaltatores Thesaurariae Umbrae disputata cor- am Thesaurario de anno 1673. iudicatum fuit pro appor- tatione, & Camera, proponente Imperiali, approbavit iu- dicatum, etiam cum denegatione appellationis suspensiva; ex dispositione text. in *leg. Praetor ait. in fin. ff. de edend. ubi Angel. Cast. Iul. & alii, C. de decis. 110. par. 10.* ex quibus patet, quod ista est materia arbitraria, ideoque certam, ac generalem non admittit regulam, cuiuscumque casu applicabilem, cum decisio pendat ex singulorum casuum circumstantiis, ex quibus hoc arbitrium est regulandum, & praesertim, ubi suspitiones accedant, ob quas congruat, ut ipse iudex libros videat, vel super eis adhibeat iudicium plu- rimum peritorum, quod non sit de facili, ac bene practicabi- le in loco, in quo exstant; Adhuc tamen circumspicere pro- cedendum videtur in hoc arbitrio, quoniam non est ita de facili interponendum, quando pluraque urgens causa non suadeat, dum legalis, ac naturalis ratio fidetur, ut in loco gestae ad- ministrationis rationes dispungi debeant, saltem in iis, quae sunt facti, quamvis in Curia, vel in alio loco, in quo sit iu- dex appellantis, discuti, ac decidi debeant articuli iuris exinde resultantis.*

URBEVETANA FIDEICOMMISSI

PRO CAESARE, ET ALIIS DE MAGALOTTIS CUM ALBINIA FALCONIA.

Casus varie decisus per Signaturam Iustitiae.

De connexionem causarum, & quando ad unum iu- dicem, coram quo fideicommissum canoniza- tum est, remitti debeant omnes causae concer- nentes bona fideicommissaria existantia penes diversos possessores.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 Sententia, & alia collusiva sunt invalida.
- 3 De Tribunali Signaturae Iustitiae, & quid agere possit.
- 4 Causa universalis alicuius fideicommissi cognosci debet co- ram uno iudice, coram quo omnes intercessit trahi pos- sunt, & de ratione.
- 5 Licet petitorium, & possessorium sint iudicia diversa, unus tamen debet esse utriusque iudex.
- 6 Quando possessorium tradatur a petitorio, itaut iudex causae principalis habeat omnia iudicia etiam possessoria.
- 7 An sententia lata a cum uno praeiudicet alteri.

D I S C. LXXIV.

Obtinuerunt usque ab anno 1655. Caesar, & fratres de Magalottis canonizari ab A. C. fideicommissum ordi- natum per Caesarem eorum ascendentem, ad eorum favo- rem peritatum, adversus aliquos creditores Scipionis, & Angeli eorum patris, & parvi respectivè; Quibus peractis, obtentaque ab eodem A. C. inhibitione, ne super bonis, quae per sententiam declaratum fuerat ad dictum fideicommissum spectare, à quibuscumque creditoribus Scipionis, & Angeli molestarentur; Cum iidem Caesar, & fratres quodam

praedium fideicommissarium dedissent in dotem sorori, contra istam, dicta Albinia tanquam eorumdem Angeli, & Scipionis creditrix hypothecaria iudicium instituit in partibus in vim interdicti Salviani; Cumq; ad instantiam praedictorum fideicommissariorum, qui erant defensus necessarii, praesentata fuisset dicta inhibito, & ius moderatorem ab Albinia petitam, iudex qui cum concesserat, praevius pluribus formalibus dispositionibus denegaverat, habito per cum re- cursu ad Signaturam, ista ex infra dicendis in primadivisa- tione eam denegavit, in repropotione vero, recedendo à decisio illam concessit, non quod de fundamentis ex parte fideicommissariorum deductis dubitaret, sed ex motivo col- lusionis, quod scilicet collusivè cum aliquibus creditoribus satisfactis, vel posterioribus, & in modica summa dictum iudicium super fideicommissi canonizatione coram A. C. tra- ctatum esset.

Resolutio mihi pro fideicommissariis scribentibus ad veritatem reflectendo, non placuit, quamvis etiam admittere- tur probata collusio; Licet enim ex illa de iure resisteret nul- litas sententiae, ac totius processus, itaut omnia gesta habeantur pro infectis, ex deductis per Merlin. *decis. 13.* adeo ut alio- quorum opinio sit, sententiam collusivam, neque ipsi col- ludentibus nocere, Molina de *primogen. lib. 4. cap. 8. num. 7. & seqq.* & ceteri deducti per Fab. de *Annaconf. 104. num. 12. & seqq.* Nihilominus adhuc ad eundem A. C. tanquam major- em Magistratum, seu ad alium superiorem spectare debere, dicebam de huiusmodi collusione cognoscere, dictamq; sen- tentiam cum toto processu collusivam, & invalidam decla- rare, cum prolixus absonum foret, ut pedaneus iudex inferior de partibus annullaret, seu tacite spernendo circumscriberet sententiam Magistratus superioris.

Et licet istud inconveniens, dicerent aliqui vorantes ex eo tolli, quod ita non per iudicem inferiorem de partibus, sed per ipsam Signaturam, huiusmodi sententia annullata, seu circumscripta remaneat; Attamen ex hac ratione majus absurdum videretur dicebam, quod scilicet ita esse iudicate sine formali iudicio cum summa, & absoluta potestate Principis, neglectis omnibus iuris regulis exhibentibus for- malem collusionis probationem, & canonizationem per al- teram sententiam; non autem cum simplicibus extrajudicia- libus informationibus, quae pro solo summo in hoc Tribunali dari solent.

In puncto siquidem iuris certum dicebam, quod ubi fideicommissarius unum iudicem competentem adivit; ibique iudicium pro fideicommissi canonizatione, ac bono- rum fideicommissariorum vendicatione introduxit, coram eo debent comparere omnes, vel super ejusdem fideicom- missi existentia, vel pertinentia, seu alii in bonis ius, & interesse habentes, praesertim ubi talis iudex est dignior aliis, coram quibus deinde pulsatur, ut punctualiter Bald. in *leg. fin. Cod. de edict. Div. Adr. num. 54.* quem ceteri sequuntur, de quibus Menoch. *de adispic. remed. 4. num. 473.* Peregrin. *de fideicommissi. artic. 48. num. 68. & artic. 53. in princ. & habetur in Mediolanens. & in Montis alii hoc cod. tit. disc. 59. & 87.*

Quae conclusio duplicem habet claram rationem; Unam nempe, quod iniquum, ac irrationabile esset, ut fideicom- missarius, qui pro canonizatione fideicommissi legitime per- sonarum, & identitate bonorum, coram uno iudice, testamento, instrumenta, & scripturas produxit, ac testes induxit, aliaque probationes fecit; & processum magno sumptu compilavit, cogi deberet coram diversis iudicibus ad electionem plurium peritorum eandem probationes facere, ac incommoda pati, quod esset impracticabile, ut in proposito concursus creditorum, ut supra late prosequitur Salgad. *in labyrinth. par. 1. cap. 4. cum seq.* Alteram vero potentiorum connexionis, seu praesertim iudicialitatis, cum ita dari possit, quod in uno eodemq; individuo puncto existentia, seu pertinentia fideicommissi, unus iudex uno modo, alter altero eodem tempore iudicaret, quod iuris principis re- pugnat, ut plenius in his quoque terminis fideicommissariis habetur in *d. disc. 59. & 87.*

Dicebant scribentes pro altera parte, istas rationes per- quere iudicium petitorum super fideicommissi existentia, & pertinentia, non autem adaptari huic iudicio mere possesso- rio, ex regula, quod diversum est iudicium petitorii, ac illud possessorii, & non bene ex uno inferri ad alterum; Verum im- probabile videbatur hoc fundamentum; Tum quia huiusmodi distinctio inter petitorium, & possessorium consistit quoad iudicia, quae sic diversificentur, non autem quoad iu- dicem, qui unus, & idem debet esse utriusque, ut ex claris verbis text. in *l. nullis, C. de iudic. ceteris allegatis firmat Ro- ta de-*

ta de-

15

D I S C. LXXV.

12 *decif. 666. num. 4.* apud Post. de manur. in Pifauren. penfionis 29. Aprilis 1648. coram Bichio *decif. 136. par. 10. rec. & in aliis*. Tum etiam, quia id procedere non potest, quando possessorium pendet a petitorio, ita ut isto retragante, illud competere non possit, utpote deducendo rem ad praxim; Intentans creditor gravati adversus successorem possidentem bona per gravatum possessa, Salvianum, seu aliud remedium rei perceptorium, tanquam ad bona sui debitoris; Excipit reus conventus, & possessor de fideicommissis; ex cuius purificatione, tanquam ex cessato iure debitoris hypothecantis, resoluta est omnis hypotheca per eum contracta; juxta terminos text. in *lex. lex. V. allegalis Actor* verò replicat, negando fideicommissi existentiam, vel durationem, seu bonorum pertinentiam, tunc resolutio pendet a qualitate exceptionis, an illa scilicet sit clara, vel turbida, quia si est turbida non impedit salvianum, vel aliud simile remedium executivum ac privilegiatum non admittens exceptiones dubias, & altioris indaginis ad petitorium rejiciendum, si vero est clara, tunc impedit, juxta distinctionem in his terminis specialibus exceptionis fideicommissi impeditae, vel non impedit debentis salvianum sepius in Rota receptam praesertim in Romana census 10. Junii 1650. Cello *inter luas decif. 93. num. 4.* Unde cum haec inspectio pertineat ad iudicem, quoties unus qui est superior fideicommissum jam canonizavit per sententiam; illud dicitur effectum clarum, neque in alterius iudicis praesertim inferioris libito, repositum esse debet dicere contrarium, cum ita resolutum de plano omnia iam dicta absurda, & inconvenientia, & Satis infestabat scribens per altera parte in regula generalis deducta ex text. in *l. sepi. ff. de re iudic.* ut sententia lata cum uno, non praedicta alteri, sed replicabat hanc sententiam non deducit tanquam firmamentum statum inconstitutum veritatem, ac facientem jus; ita & taliter quod ceteris in eo iudicio non auditis obfaret; eo modo quo obfaret auditibus quibus lata est, sed admittendo eos posse illam impugnare, ac petere contrarium determinari, id faciendum esse, vel eorum eodem, vel eorum illius superioris in gradu appellantis, prosequendo tamen eandem causam, cum demque processum, ex jam dictis absurdis, & inconvenientibus aliis resulantibus; Et haec mihi per tramite juris videbatur veritas.

ANNOT. AD DISC. LXXIV. & LXXVI. & LXXVII.

1 N dies contingit in Signatura Iustitiae, vel Gratiae agi de hac materia unionis causarum coram uno iudice, sive quod unus alteri inhiibeat ratione maioris competentiae, aut connexionis, & ne pro uno, eodemque puncto, vel articulo cogatur quis eodem, vel diverso tempore plures lites coram diversis Iudicibus, atque in diversis locis subsistere; Revera tamen desuper omnino certa, & generalis regula eujusmodi casui applicabilis, statui non potest, dum decisio pendeat ex singulariorem casuum circumstantiis, atque in dies varia procedant dictionum Tribunalium recepta; & de eadem materia agit *sub tit. de servit.* ad materiam retractus *disc. 96.* ubi habentur an causa, quae pendat super fideicommissis, vel alio jure contra illum qui retractum inrentaverit super pertinentia aedificii retractantis, obstat necne iudicio retractus, ut illius prosecutionem impediatur.

ROMANA, SEU SENEN. LEGATI PRO ALEXANDRO, ET HIERONYMO DE MIGNANELLIS.

C U M N.

Causa disputatus coram Iudicibus Senen. cum incerto exitu.

De forei competentia ratione rei sitae, quando in treti contra ipsius rei dominum, & possessorem alibi domicilium habentem; Et aliqua de competentia forei ratione originis.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 Forus originis an procedat contra absentem.
- 3 Retentio antiquae originis, domicilio ad alium locum translatum, ad quos effectus attendatur.
- 4 De forei rei sitae, & quando hic iudex procedat contra ejusdem rei possessorem quamvis absentem.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 Ob suspensionem calumniae etiam legitime exceptiones rejicienda sunt.
- 3 Quando dicta suspensio adesse dicatur.
- 4 Unio causarum petenda est in principio, non quando illa diu agitata, & instructa sunt.
- 5 Quando cause dicantur connexae, ita ut in treti continentia.
- 6 Coniunctio sanguinis an sit iusta causa unionis causarum.
- 7 Ex communiione bonorum paternorum, & maternorum non inferatur ad universalem.

D I S C. LXXVI.

bonorum ibi existentium fructibus praestari disposuisset, tunc magnam habuisset difficultatem, Licet enim plerique nemper dispositionem text. in *l. fin. C. ubi in rem actio*, ex qua procedit forus ratione rei sitae, ut procedat quatenus possessor bonorum apprehendatur in loco, vel saltem legitime citetur in loco sui incolatus juxta doctrinam Castren. in *ead. l. fin.* quam veriorum proficitur Franch. *decif. 177. num. 5.* Barbolini. *heres absens, §. proinde, in artic. de foro resitae, num. 25. & 16.* Carval. de *judic. dicta disp. 2. num. 149. cum seqq.* Nihilominus ubi testatoris iudicium concutitur, cum tunc tanquam ex legato ipsa bona hypothecata sint, proindeque iudicium reale, vel rei perceptorium competat, probabilius videri dicebam hujusmodi competentiam intrare absque dicta restrictiva, seu necessitate apprehendendi, vel citandi possessorem in loco sui domicilii, juxta ea quae in proposito assensionis legatorum habentur in Montis alii fideicommissi *hoc eod. tit. ubi de distinctione an legatarius agat contra heredem actione personali, vel reali, &c. ut disc. 87.*

Quod pariter procedere putabam, quamvis expressum Testatoris iudicium non intercederet, sed tacitum, & consequenter resultant ex subjecta materia, seu legati qualitate; Si enim Testator habens bona in loco propriae patriae, vel domicilii, mandet ibi anniversarium fieri, seu subsidia dotalia, vel alias elemosynas in eo loco singulis annis praestari, absolum videretur pretendere, quod haereditibus se absentantibus, atque in remotis regionibus domicilium eligentibus, cogenter illi quibus hujusmodi distributiones faciendae sunt, singulis annis possessores in loco sui incolatus citare, Ideoque cum possessor absens, atque bonorum possessorem, in loco originis retinendo, procuratorem, seu ministrum, pro fructuum perceptione verifimiliter ibidem habeat, idcirco cum isto putabam recte iudicium inditum posse, quatenus mandatum ad negotia tantum, ac economica, non autem ad iudicialia datum esset, quia hujusmodi omnia bonis, seu eorum fructibus inherentes, sub economica etiam administratione venire dicitur; Et si nullo deputato procuratore fructuum perceptionem negligat, nulla ibi injuria fieri dicitur, si iudex rei sitae eodem forus, juxta mentem Testatoris, qui fuit eorumdem bonorum dominus, legatarius applicet; Ideoque tunc iudex rei sitae contra absentem incompetens videri dicitur, quando agitur de iudicio, vel actione personali, quo casu locum non habet text. in *l. fin. C. ubi in rem actio*, solum procedens in actione reali, vel in rem scripta, *glos. in l. forma, §. vero, ff. de censibus.* Bart. Cast. & ceteri in eadem l. finalis, Franch. *decif. 177. num. 1. & 389. num. 2.* Carval. *dicta disp. 2. num. 151.* Rot. *decif. 305. num. 5. par. 5. rec.*

Applicando igitur ad casum, ubi etiam Testator expressum disposuisset, ex quibus bonis hoc subsidium praestari deberet, adhuc pro dicti forei competentia, ad veritatem reflectendo, Mihi probabilius primo aspectu respondendum videbatur, quia satis probabile est de illorum bonorum fructibus cum sensuisse, cum subventio ibi studentibus praestanda esset; Verum haec praesumptio in parte cessabat ex facto, dum Testator ad onera gravaverat pro medietate bona praedicta, seu eum ad quem jure primogeniturae illa obventura erant, & pro altera medietate possidentes bona in Urbe, contra quos certa erat forei competentia; Sed adhuc dubitabam, an postea exinde dicta sententia dici nulla, quia stante competentia in parte respectu bonorum ibi existentium ut supra, idcirco ob connexionem causae, in qua disputato erat, non circa solutionem praestationsis, sed quibus ex pluribus concurrentibus debita esset, ille forus videbatur etiam respectu omnium competentens, tam ratione preventivonis, quam loci, in quo onus a Testatore praescriptum adimplendum erat, quae omnia discutiebam motivando, & ad excitanda ingenia defensorum hujus partis, qui in dicta Civitate causam patrocinabantur, incertum tamen est quid sequutum sit.

ROMANA UNIONIS CAUSARUM PRO BRUTO GOTIFREDO CUM FRANCISCO EJUS FRATRE.

Causa disputatus in Signatura Gratiae, resolutus pro Bruto.

An, & quando sit locus unionis causarum, illas a pluribus iudicibus avocando, & uni committendo.

Postquam Franciscus, & Brutus germani fratres de Gotifredis communium parentum successores, in paternorum, & maternorum bonorum communione in eadem domo, & mensa per aliquod notabile tempus vixerunt, aliquibus exortis discordiis, ob quas Brutus a communi domo discessit, plures inter eos excitatae fuerunt lites, tam in Rota quam coram A. C. & in foro Capitolino, illi quae diu agitatae, dum eorum alicui essent in expeditione, Franciscus Signaturam Gratiae adiit, petendo pro bono pacis, ex eo quod ageretur inter fratres, omnes hujusmodi causas coram uno iudice uniri, a reliquis avocando, ne per tot Tribunalia utrumque gravibus expensis, & in commodis literam amplius contingeret, cui petitioni se opponente Bruto, qui in omnibus actor vacuis manibus litigabat.

Pro isto scribens, cum sensu etiam veritatis (quam etiam agnovit Signatura nihil refrigendo) dicebam referendum esse petitionem utpote injustam, ac stantibus facti circumstantiis, non ab aliqua suspicione alienam, ut id ad defatigandum, & protrahendum in longum feret, quo casu exceptiones, seu petitiones, quamvis alias canonicae, & legitime rejiciendae sunt ad text. in *l. satis aperte, C. de ad. falsis*, bona *glos. in cap. super eo, verbo tenebit, de offic. deleg. Barbatia cons. 1. & 2. vol. 3.* Freccia de *presentatione in stramentorum, par. 8. q. 2. num. 66.* & est quotidiana in Curia, praesertim in Rota in terminis remissoriae ex illo capite suspensae calumniae passim denegari solite, quamvis alias tali suspicione cessante concedenda veniret.

Dicta vero suspensio sepius, praeter principalium intentionem, a caudicibus proveniens, evidenter resultare videbatur attento quod inter eos acriter litigatum fuerat per sex annos, & nihilominus petitor non curaverat de hujusmodi unione in principio, illam post tam diturnam litem petendo, ex eo quod ferè omnes causas in quibus ipse erat reus, & possessor, reperirentur iam instructae, & in limine expeditionis cum hoc diverticulo impediende, ut in specie deneganda remissoriae, & praesumptae calumniae ex hac circumstantia cause diu agitatae ac remissoriae petite post causam instructam, neglectae verò in principio haberet *disc. 233. num. 2. & seqq. par. 9. recem.* & in aliis frequentissimè, cum sit materia quotidiana.

Et in his specialibus terminis unionis causarum etiam ex capite connexionis ac exceptionis, ne earum continentia dividatur, quod opponatur solum in principio, non autem postquam diu litigatum fuit, & multo minus post causam instructam firmant communiter DD. in *l. nulli, C. de iudic. praecipue Jal. m. 6.* Cravet. *cons. 60. num. 5.* Marchesan. de *commissis super union. causarum, m. 4. par. 2. fol. 249.*

Clarius quia cessabat ratio, ob quam ad causarum unionem deveniri solet, ubi scilicet essent ita connexae, atque ab uno eodemque fonte emanantes, ut cognitio unius ad cognitionem alterius conferret, seu sententia lata in una esset alteri praesudicialis, aut contradietionem parere posset cum ea per alterum iudicem ferenda, ut contingere solet in concursu plurium creditorum in bonis ejusdem debitoris, seu in concursu plurium ad eandem hereditatem, vel successorem, cum similibus ad not. DD. in *l. nulli*, ubi bene praesertim *Jal. m. 3.* Marchesan. *loc. cit. num. 2. & 3.* Menoch. de *arbitrar. casu 371.* Sedis autem ubi inter duas personas plures adefect lites ex diversis causis, & obligationibus procedentes, quia sola identitas personarum de jure non causat continentiam causarum, illarumque unionem non exigit.

Motivum autem convenientiae, ex eo quod ageretur inter fratres, quamvis in rigorosa juris censura non legale, ad huc tamen congruum fuisset, quando sincerè, & bona fide ab initio illud deductum esset, quodque non adesset circumstantia inaequalitatis, dum petitor erat reus, & possessor, unde potius resultabat suspensio, quod ita reus sub hoc specio.

specioso praxtenti in possessione se confovere vellet, atque actorem manibus vacuis litigantem desatigare.

Alterum deducebatur precipuum fundamentum connexionis ex communiōne omnium bonorum, ex qua proinde tanquam ex unico fonte omnes cause dependere, infimul connexionem habentes ratione divisionis inter eos faciende. Venim ita communiō negabatur in facto, cum ejus requisita non justificarentur, atque ex sola communiōne bonorum paternorum, & maternorum non inferretur ad illam omnium bonorum, *l. si fratres, ff. pro socio l. ex fratre, §. filius, ff. familiaris l. Mantie de tacti lib. 6. tit. 10. num. 9. Gratian. de for. 1093. Buratt. decis. 397. & 467. plenè Rot. dec. 129. part. 10. rec. Id. coque cum iustitiæ fundamento petitio rejecta fuit.*

FULGINATEN., SEU SPOLETANA, PRO LAURENTIO MAGNANO, CUM N.

Causa disputata coram Præfecto Signaturæ Juriſticiæ.

Quando causa civilis præjudicet criminali, itaut unus iudex alteri inhibeat, ne in criminali procedi valeat, donec terminetur civilis.

S U M M A R I U M.

- 1 Falli series.
2 Ubi pro eadem causa due competunt actiones, civilis, & criminalis alternative, itaut unus electio aliam tollat, electio civilis non impedit iudicem ut ex officio procedat etiam criminaliter.
3 Ubi vero utraque actio copulative competit, & criminalis pendet ab exitu civilis, tunc est superſedendum in una donec terminetur altera.

D I S C. LXXVII.

Insoluto matrimonio per mortem mulieris absq; filiis, factoque proinde casu reſtitutionis, retento lucro, quod ad formam statuti erat in tertiam partem, devenum est ad concordiam, inter Magnanum virum, & dotantes, seu mulieres hæredes, quibus reſtitutio dotis faciendæ erat per apocham privatam, per quam bona dotalia certis conventis modis dividenda fuerunt: Cum autem tractu temporis altera pars dictam conventionem impugnavit vellet, atque aliquorum bonorum dotalium reſtitutionem a viro petere. Hinc introducta causa coram A. C. productaque ex parte viri dicta: conventionis apocha, cum altera pars citata, juxta stylum ad eam recognoscendam esset contumax, iudex decrevit eam haberi pro recognita, deſinque reo convento per sententiam diffinitivam dedit absolutioſam, à qua interposita fuit per ſuccumbentem appellatio, qua pendente coram iudice cui causa hujusmodi commissa erat, idem appellans coram eodem A. C. in criminalibus querelam contra victorem portexit de ſalitate apochæ prædiæ, unde iudice criminali procedente in causa, habitus fuit recursus ad Signaturæ iustitiæ Præfectum, ut causam remitteret iudici civili, eique reſcriberet quod inhibeat criminali, donec dicta civilis causa exiit ſequeretur; Verum hæc opponente accusatore, Præfectus pro ista inclinabat, ex eo quod alias delicta remaneret impunita, ideoque ubi etiam ipsa pars ex intentione actionis civilis sibi præjudicasset, impeditus non videbatur Princeps, cujus partes implet Signaturæ Præfectus, vel etiam alter ſuperſenſus Magistratus, ex officio pro bono publico mandare iudici criminali, ut ad criminis cognitionem, & punitionem procedat.

Pro querelato scribens dicebam, quod aliud est agere, an causa civilis fit omnino præjudicialis criminali quoad substantiam, seu deficientiam actionis, quod ſcilicet, per illum civiliter intentatam, non possit amplius intentari criminalis, quæ per electionem alterius omnino cesset, ut contingit in actione injuriarum, vel ſimilibus, in quibus una ex duabus actionibus alternative competit, unde per electionem unius cessat altera, ex deductis per Theſaur. dec. 8. Galen. lib. 2. com. 57. & alios apud eos; Et tunc licet quoad partem, per hujusmodi electionem præclusa sit alia via, nihilominus præclusum non videtur arbitrium Principis, vel ſuperſenſus Magistratus, pro bono publico, & ne delicta remaneant impunita, quoties facti circumſtantie iustam causam ſuppeditare videntur, demandare iudici criminali, ut etiam procedat. Atque in his terminis procedere dicebam aliqua exempla, que in proposito adducebantur ad praxim probandam.

Aliud verò agere de eadem præjudicialitate, non circa substantiam actionis criminalis, quæ cumulative competat cum civili, sed ad ſolum effectum ordinis, seu impediendi ad tempus ejus exercitium, expectandum ſcilicet exitum cause civilis, à quo pendeat, an ad id delictum necne: Et tunc quoties iudex civilis prævenit, rectè hic inhibet criminali, non ratione cessantis unius actionis vel electionem alterius, sed ratione evitandæ contrarietatis, ne ſcilicet contingat ſuper una eademque ſcriptura, vel re per diversos iudices diverſas, vel contrarias ſententias proferri, quia unum declarat ſcripturam veram, & legitimum, alter vero falſam, & illegitimam.

In hoc autem ſecundo casu non urget ratio publici boni, & ne delicta remaneant impunita, quoniam non est tollere, sed ſolum diſſerre punitionem delicti, quatenus iſtud in causa civilis diſcuſſione adesse compariatur, ut cæteris allegatis Farin. q. 100. part. 2. & ſæpius firmavit Rota, præſertim apud Taval. decis. 98. 443. 475. & 530. Buratt. decis. 34. & 944. decis. 274. part. 9. recent. & habetur examinatum in Romana teſtamenti pro Magno, & conſortibus hoc eod. tit. diſc. 79. Et si hoc procedit ubi ſolum causa civilis est præventa, multo magis, ubi non ſolum adest ſimplex præventio, rigorosè reſultans ex quadam majori diligentia unius partis, sed illa oritur ex formali iudicio per utramque partem agitato, & jam ſopito; Alias enim nimis lata via calumniis aperiretur, ſi ſuccumbentibus licitum eſſet poſt contrariam ſententiam reportatam, ac introductam causam appellatōis virores querelare, atque per hujusmodi indirectam viam colligantem victorem deſatigare, iudicium eludendo, quod nihilominus eſſet iustitiæ ac Reipublicæ præjudicialis, quoniam illa in Curia vulgò dicitur cautela Bernini, aptorè ab eo ingenioſiſſimo viro in ſcenis ad obſurgandum hunc abuſum inſinuata.

ANNOT. AD DISC. LXXVII.

LXXIX, & LXXXI.

Idem, quod dictum est in annotatione proximè præcedenti, adaptatur contentis in his diſcuſſibus ſuper puncto, an & quando causa civilis præjudicet criminali, vel è contra, adeo ut unus iudex alteri inhibeat, quoniam in dies in Curia ab una, vel altera Signaturæ Gratiæ, vel iustitiæ, diverſe procedunt reſolutiones, juxta ſingulorum caſum circumſtantias, ac etiam in aliis Principatibus, juxta eorum varios ſtylos, ideoque non de facili punctus aptus eſt recipere regulas certas, & uniformes, quæ generaliter omnibus caſibus ſint adaptabiles; Bene tamen regula, ſue propoſitionis in his diſcuſſibus contentæ, attendi debent in dubio; Et quando ſtylus particularis, vel particularis facti circumſtantia, juſte contrarium non ſuadent; De caſu autem, de quo diſc. 79. agit in meritis civiliter ſubſit. de reſtam. diſc. 33. ſed quo ad punctum reſiſſionis causæ ad iudicem civilem in omnibus his tribus diſcuſſibus alia diſputatio habita non fuit.

ROMANA PENSIONIS DOMUS, PRO BRUTO GOTIFREDO, CUM BALASSO NALDO.

Causa disputata in Signaturæ Gratiæ, & reſolutus pro Bruto.

De foro militari, an & quando intret, & quis dicitur iudex militum; Et quando milites conveniri poſſint coram iudice ordinariis.

S U M M A R I U M.

- 1 Falli series.
2 Miles potest renunciare foro militari, & prorogare jurisdictionem iudicis ordinarii.
3 Refertur opinio contraria, sed reſellitur.
4 Procedit clarior prima opinio ubi causa excepta est antemilitaria.
5 Item ubi miles non est in caſtris, sed in Civitate, quia tunc non intret forum militare.
6 Vel ubi non adest iudex particularis militum.
7 Sive ubi causa non concernit res militares.
8 De exceptione hostiæ.

D I S C. LXXVIII.

Puſſante Gotifredo Naldum in foro Capitolino pro pensionibus domus, acque reo tanquam forenſe reculantem illum forum, causa introducta fuit coram A. C. eaque pendente, ob ſuperſeventum officium militare, curavit reus per

Camera Clericum tunc armorum Commissarium, & providendo causam reſuſum, inhiſcendo A. C. ne in eaſe ingreſſeretur, unde habito per Actorem reſcurſu ad plenam Signaturam gratiæ, atque aſſumpta deſuper diſputatione.

Pro Actore ſcribens, cum ſenſu etiam veritatis, dicebam referendum eſſe pro remiſſione causæ ad A. C. coram quo jam introducta erat; & pendebat ex ſolo facto, abſque neceſſitate aſſumendi juris inſpectionem, ſtante conſenſu in iurisdictionem, cum poſſit miles ejus foro renunciare, atque ordinarii iudicis jurisdictionem prorogare ad text. in l. ſiquis 2 conſcribendo, C. de pallis, ubi Gloſ. & DD. de quibus poſt Ayalam de jure belli, & ubi Gloſ. de iuramento, p. 1. c. 16. Capoblanck. de Baron. tom. 2. c. 56. n. 5. & 7. Rovit. in pragm. 11. de militibus, n. 43.

Et quævis Chriſtopolus de re milit. caſu 31. n. 13. alios referendo dicit, huic privilegio renunciari non poſſe, ejus tamen dictum nullatenus in propoſito attendendum eſſe dicebam, Tum quia in contrarium oblat text. clarus cum quo communiter procedunt DD. ut ſupra; Tum etiam quia conſtit autoritates loquentes in terminis clericorum, & ſimilium non renunciantium eorum foro, cum id concernat præjudicium totius ordinis; Idèdèque advertbam in propoſito id ſolum applicari poſſe militibus illarum militarum, quæ unum corpus, ſi non religioſorum ſaltem Eccleſiaſticorum conſtitutione, foro Eccleſiaſtico, admiſt clericoſum, gaudentes prout ſunt milites Sancti Joannis Hieroſolymitani, & ſecundum unam opinionem illi Sancti Jacobi de Spata, de Calatrava, de Alcantara, Sanctorum Mauriti, & Lazari, Sancti Stephani, & ſimiles, de quibus in Lucanæ hoc eod. tit. diſc. 92. ut in ſpecie advertit Rovit. d. pragm. 11. n. 44.

Clarius triplici circumſtancia in propoſito concurrente, Una nempe quod præſens causa excepta erat ante aſſumptam militiam, cujus ſuperſeventiam non tollere proſequutionem causæ ceptæ coram iudice ordinario, eſt text. expreſſus in l. ſiquis poſtea 7. de iudic. ubi Barr. & cæteri communiter, & in terminis Barboſ. num. 109. Chriſtopol. de re milit. caſ. 32. Altera quoque iſte miles non erat actu in caſtris, vel in exercitu, ſed in Civitate more aliorum privatorum, unde propterea non videbatur à iudice ordinario loci exemptus, ut ita diſtinguendo paſſim recepta videtur diſtinctio conciliativa diſſidentium opinionum in ea queſtione, an milites noſtri temporis gaudeant privilegio militaribus, & occasione teſtamenti more militari ordinati habetur in Romana teſtamenti 22. Maji 1656. cor. Cerro poſt Zuſſum de legit. proceſſ. dec. 27. Atque comprobati dicebam ex privilegio per Sedem Apoſtolicam conſeſſis militibus, dum in uno capitulo diſponitur, quod ſi milites invicem rixantes, ſeu alias delinquentes, intra triduum ab eorum Duce, vel iudice non puniantur, poſſint à iudicibus ordinariis puniri, Ergo ſupponitur habitas, & competentia ſaltem habitas iudicis ordinarii, qui ſicuti ex negligentia iudicis particularis militum, talem jurisdictionem exercere poteſt, & competentiam obtinere, ita non videtur, cur non ſit ex conſenſu prorogabilis.

Quod etiam clarius comprobari dicebam ex ipſa facti obſervatione, quia ubi milites ſunt in expeditione, ſeu in exercitu & caſtris, eorum Duci datur Aſſeſſor, ſeu Auditor, qui cauſas militares cognoscit, quale munus exercuit Chriſtopolus, qui ea occasione illum tractatum compoſuit; In Urbe autem vel alia Civitatibus iſte iudex, vel Aſſeſſor non adest, neque Duci militum in Urbe exiſtente conſeſſus Tribunal habere, præterquam in milites præſidiatos, vel alios, qui in ipſamet Urbe, vel alia Civitatibus militia principaler additi pro toto tempore eorum vite illi exercitio incumbunt, quamvis eſſent in Civitate, ut ultra præſidiatos, ſunt milites deſtinati ad cuſtodiam Pape, & ſimiles.

Et licet addeſſet in Urbe unus ex Camera Clericis armorum commiſſarius & proviſor, qui per alteram partem dicebatur iudex ordinarius militum, hoc tamen negabam, quia nullibi conſtabat huic commiſſario talem jurisdictionem conſeſſam eſſe; De jure autem iurisdictione reſidere dicitur, vel penes Duces belli, vel penes Magiſtrum militum, ad text. in l. magiſter, C. de juris d. omn. judic. c. 1. ſin. C. de erog. militaris annonæ, lib. 12. cum concordantibus; Stant enim bene ſimul, iſtud Prælatum eſſe proviſorem, & commiſſarium armorum, pro parandis iſis que ad exercitum providendum ſunt neceſſaria, tamen non eſſe iudicem militum; Ut in jure habemus, Præfectos annonæ militaris, diverſos à Ducibus, vel magiſtris militum, atque ita docet obſervatione, quod in Urbe reſpectu præſidiatiorum & aliorum, qui, ut ſupra, ſemper in militia eſſe deſiunt, iurisdictione exercetur per

Card. de Luca, Lib. III.

Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Capitaneum Generale, ejuſque Aſſeſſorem, ſeu Auditorem, & dum ſunt in expeditione, ſit ſpecialis deputatio Auditoris exercitibus, igitur huic proviſori, ſeu commiſſario, iurisdictionalia demandata non ſunt, niſi quoad concernentia ſuum munus, pro quo expleudo, admittetam ſibi iurisdictionem competere, ad iſtar iurisdictionis competentis Præſeſſis Annonæ, & gratiæ, cum ſimilibus.

Denum omnem difficultatem in propoſito ceſſare dicebam, quod in præſenti agebatur de materia non pertinente ad militiam, vel à causa militari dependente, ſed de re urbana & mercè privata, quo caſu, præſertim in civilibus, & extra perſonalem diſtinctionem; milites non gaudent exemptione fori, ſed iudici ordinario ſubſunt ad text. in l. unice. C. in quibus cauſis milites, ubi Bald. Caſtrenſ. & cæteri, de quibus Capobl. de Baron. tom. 1. pragm. 8. p. 2. n. 180. & tom. 2. cap. 56. n. 9. bene Aponte de poteſtate Proreg. tit. de aſſeſſibus Regiis, §. 7. n. 18. & 22. Quod etiam aptè probari dicebam ex privilegio conſeſſis militibus cap. 17. ubi mandatur, quod milites non poſſint moleſtari à iudicibus ordinariis pro cauſis civilibus de tempore quo ſtabunt in ſervitio actuali, & per octo dies poſtea; Quod privilegium continere videtur ſpecie ipſa habemus per Conſtitutionem incipiens. Hoſtici exceptionem, de qua late Graſ. de excepti. in præſid. num. 175. & cæteri, ex hoc enim privilegio comprobata, ſeu præſuppoſita remanet competentia iudicem ordinarioſum in cauſis civilibus militum pro tempore quo non ſunt in actuali ſervitio, multo magis omnibus dictis circumſtantias inſigulari ponderatis; Atque ita cum iustitiæ fundamento reſolutum fuit, remittendo cauſam ad A. C.

ANNOT. AD DISC. LXXVIII.

Arum eſt in Curia diſputari de puncto contento in hoc diſcuſſu, ſuper foro ſcilicet militari, cum etiam Principatus ſæcularis ſit pacificus, multo vero magis alter Pontificus, cujus ratione cauſe ſpirituales, vel foro Eccleſiaſtica, ratione cauſarum, vel perſonarum, aut rerum in Curia aguntur; Ad hanc autem materiam fori militaris, inter iudicem ſcilicet militum, & iudicem ordinarioſum civilem, quinimò inter plures iudices, & Magiſtratus ejuſdem fori militaris, pura inter Duces Claſſis maritimæ, & Duces alterius militiae terreſtris, plura deducunt de Marin. in add. ad Revert. dec. 81. & de Luca ad Franch. dec. 88. ubi in cauſis contingentiæ videri poſſunt concordantes applicabiles juxta facti circumſtantias.

ROMANA TESTAMENTI PRO FRANCISCO MAGNO, ET COHEREDIBUS, CUM CAROLO MUTIO.

Causa disputata in Signaturæ Juriſticiæ, & reſolutus pro Magno, & conſortibus.

Causa civilis quando præjudicet criminali, ut iudex civilis inhibeat criminali, ut alterius causæ exitum expectet; Et an, & quando per reſtatoris inductionem ad teſtandum ad ejus favorem intrare dicatur delictum, & agi poſſit criminaliter; Et de iudice criminali non habente iurisdictionem in civilibus.

S U M M A R I U M.

- 1 Falli series.
2 An quis teneatur comparere coram eo iudice incompetenti qui eſt ratiſ ratione loci delicti.
3 Iudex criminalis non habet iurisdictionem in cauſis mercè civilibus.
4 Conſenſus partium non poteſt facere competentem illum iudicem, qui nullam habet competentiam, vel iurisdictionem.
5 Ubi delictum, vel criminalitas pendet à puncto civili, ita ut uterque iudex reſpectuè poſſit cognoscere, quid agendum ſit.
6 An & quando intret criminalitas, & delictum ſit punibile ob inductionem alicujus ad teſtandum.
7 Hæres non punitur criminaliter ob inſidæ inventarium.
8 De praxi Curie in materia teſtamentorum remittendi cauſas ad iudicem civilem.
9 Præſentio an, & quando attendi debeat.

D I S C LXXX.

Veronica Martina luminibus orbata testamentum cum solemnitate prescriptis in testamentis cœcorum per text. in l. consuetissima, testamentum condidit, in quo pro dimidia hereditate instituit Carolum Mutium ex sorore nepotem aliam ab intestato in terra successorem, quem in priori testamento heredem univ. eralem scripserat, pro alia vero dimidia, Franciscum Magnium in Curia causarum patronum, duosque, alios ejus benivolos, quod ageretens dicitur Mutius, præfatos testamentarios, qui jam coram A. C. in civilibus petierant heredes declarari, atque ad honorum possessionem immitti, quærelavit coram eodem A. C. in criminalibus de seductione, quodque dolose ac malis artibus dictam mulierem ad ita testandum induxerint, unde iudice criminali forte nimis asperè in causa procedente, per dictos querelator adita fuit Signatura iustitiæ, ac petiit, ut flante præventione causæ coram iudice civili, retribueretur, quod hic inhibeat criminali, ne in causa procedat, donec ab isto civiliter, factis hinc inde probationibus, sententia reur sit super validitate, vel nullitate testamenti; Assumptaque desuper disputatione, cum ex parte querelantis prætenderetur consensus in iurisdictionem iudicis criminalis, cuiusque proinde iurisdictionem protogam esse, atque iuxta consuetudinem abutimur equivocando, multa per scribentes pro dicto querelante cumulariter autoritates de materia agentes in terminis tamen dixerit, Idcirco pro dilucidanda veritate, tollendique æquivocis, scribens pro testamentariis querelantis, tres casus dicebam mihi videri in proposito distinguendos esse.

Primus est, ubi quis citatur coram iudice aliis incompetenti, qui ex competentem præterit ratione commissi delicti in ejus territorio, seu ex alia causa accidentali, que sibi competentiam tribuat; Et tunc tenetur citatus coram eo comparere, atque incompetentiam justificare, quod pendet ab eo, an delictum commissum sit necne, & hoc ab ipso iudice vivendum est, iuxta doctrinam Bart. in l. 2. num. 7. ff. si quis in ius vocatus, &c. atque in his terminis loquuntur plerique autoritates, que ex parte accusatoris deducebantur, quas dicebam examinandas non esse utpote a questione omnino extraneas, & consequenter de eis nulla habenda erat ratio.

Alter casus est, ubi causa de qua questio, est merè civilis, ita ut incontinenti consistat criminalitatem in genere nullatenus intrare, quia nempe id pendet a puncto juris, ut est casus, dec. 108. post Merlin. de pign. de herede non accusando, nec puniendo de crimine explata hereditatis, cum similibus, quia tunc cessante criminalitate in genere, dicitur cessare iurisdictionem iudicis criminalis in substantia, cum hic nullam habeat in causis civilibus iurisdictionem ad text. in l. solemus, §. larrunculator, ff. de iudicis, Menoch. de arbit. q. 82. n. 6. & 7. Fat. conf. 50. n. 26. & conf. 37. n. 1. Vermis. conf. 245. n. 1. Guazzin. defen. 1. c. 12. Crescent. dec. 5. de iudicis, Ror. dec. 55. in prim. post 2. vol. conf. Farin. Et tunc non intrat inspectio, an inquisitus commissit necne delictum iuxta causam præcedentem, quia cessante criminalitate in genere, cessat eius iurisdictione in radice, atque causa dicitur extra illud genus, quod fuit iurisdictioni commissum est, unde remanet homo merè privatus, & consequenter partium consensus, ubi etiam adesset nil operari posset, quia priorum consensus iudicem non facit eum, qui nulli præest iudicio, sunt verba præfata text. in l. 3. C. de iur. dicit. omn. iudic. Per quem tunc consensus communis, ac recepta conclusio est, quod ubi nulla adesset iurisdictione, vel ea ad certum causarum genus esset limitata, tunc non est ex partium consensu prorogabilis, Arerin. conf. 127. n. 16. Vermiel. conf. 140. n. 12. & 168. n. 4. Sued. dec. 88. n. 3. Adde. ad Gregor. dec. 118. iur. dicit. late Carleval. de iudic. tom. 1. n. 160. & 161. ubi dicitur.

Tertius demum casus est, ubi est dubium, an causa dici possit civilis tantum, vel intrat etiam criminalitas, que pendet a cognitione & exitu causæ civilis, quia nempe ex probationibus in ea factis inspicendum sit, an concurrat circumstantia talis, que criminalitatem inducat, & tunc utrumque causa coram iudice iudice introducitur, non intrat omnimoda advocatio a iudice criminali, ut in casu præcedenti ob omnimodam incompetentiam, & carentiam iurisdictionis intrare debet, sed solum intrat quidam ordo præproportionis, quia nempe remanet causa criminalis penes iudicem criminalem, hinc solum demandanda est suspensio, quodque expectare debeat exitum causæ civilis, cum ab isto pendat, an adsit delictum, ac intrat, necne criminalitas, un-

de simultaneis utriusque iudicis concursus dicitur incompatibilis, ob inconveniens quod alias resultare posset, quod super eodem individuo puncto, unus uno modo, alter altero iudicaret, quia iudex civilis declarare posset testamentum validum, criminalis vero illud malis artibus extortum, ut bene habetur apud Peniam, dec. 148. iuxta impress. Lugdun. ubi bona additio magistralis Episcopi Barbasren.

In hoc ultimo casu non veniat dicebam, quoniam in eo puncto, an adversus inducentem ad testandum ad sui favorem intrat necne criminalitas, communis resolutio est, id pendere a facti circumstantiis, an scilicet adsit formalis violentia, vel etiam dolus verus cum falsis & mendacibus suggestionibus, testatoris animum alias excludentibus, secus si concurrant solum blanditiæ & suasiones, cum quibus licitum est testatorem inducere ad testandum ad sui favorem, quamvis actus contingat alterius præiudicium, cum attendatur id quod principaliter agitur, ut reprobat opinio Angel. & Socini bene firmant Jas. in l. final. num. 5. C. ff. quis aliquid, &c. Peregr. de iur. ff. lib. 2. tit. 6. numer. 12. Gratian. disc. pri. 559. n. 8. cum seqq. Castill. lib. 3. contror. cap. 1. num. 186. cum seqq. & lib. 4. cap. 22. num. 127. cum aliis in hac eadem causa in sua materia sub tit. de testamentis.

Quinimo, etiam si actus dicitur dolosus, ex dolo tamen præsumpto & iure damnato, ita ut invalidaret testamentum, non inde tamen necesse sequitur intrare criminalitatem, quia possunt simul stare, testamentum esse invalidum, & tamen actum non esse criminaliter punibilem, cum ad effectum criminis punibilis, requiratur dolus verus, cum mendaci, & positive falsa suggestione, ut bene dicitur Rota dec. 299. num. 4. & seqq. post secundum volum. conf. Farinac. proinde que spectandum omnino dicebam exitum causæ civilis, ex cuius actis, & probationibus desum poterat, an actus esset ita male gestus, & cum talibus circumstantiis, quod intraret delictum punibile, quatenus iudex civilis declararet testamentum invalidum, ac malis artibus extortum, quia si declaratum validum, tunc casus esset indubitatus, quod iudicis criminalis iurisdictione omnino abesset.

Licet enim Angel. in l. fin. C. si quis aliquem testari prohibuerit, quem omnium latius, & melius reasumit Menoch. de arbit. casu 305. num. 21. cum seqq. dicitur ex suggestionibus resultare actionem de dolo, Attamen addita eadem ex abundantia tali doctrina, licet magis committere rejecta, quoties non agitur de suggestionibus cum mendacio, & falsitate, ut in hac eadem causa in dicta sua materia sub tit. de testamentis.

Adhuc tamen rectè simul stare possunt, actum esse talem quod producat civilem actionem de dolo, ad effectus civiles inde resultantes, & tamen non intrare crimen punibile, ut in proposito habetur de herede non bene & fideliter deserviente bona hereditaria in inventario, quia dicitur dolosus, atque contra cum datur actio de dolo, sed non per hoc potest criminaliter puniri, ut d. dec. 108. post Merlin. de pign. cum similibus.

Hinc proinde dicebam, observandum esse inconvenciam Curia praxim, remittendi semper huiusmodi causas ad iudicem civilem; ut in his præfatis terminis controversiarum super testamentorum falsitate, vel invaliditate, ac dolosa extorsione habetur, dec. 292. cum duobus seqq. 3. rec. dec. 274. p. 9. apud Cavaler. dec. 443. America hereditatis 8. Martii 1660. Priolo, & in aliis, & de qua Curia observantia refertur apud Guazzin. defen. 1. c. 24. num. 1. Et de alis Tribunalibus habetur apud Tappiam, dec. suprem. Ital. 16. Arg. magnam constituendam esse dicebam differentiam inter omnimodam avocationem, per quam iudex criminalis delectaret omnino incompetentens, & inter hæc suspensionem, seu præproportionem, cura iurisdictione non tollatur, neque causa avocetur, sed solum ob incompatibilem concursum simultaneum duorum iudicium, locus fiat ordini prædicto cur suspensione usque ad exitum causæ civilis sit supra.

Pro accusatore scribentes nimirum insisterent in preventionem, quam in facto causæ Patronus ex hac parte bene tolerabat; Verum ubi etiam subsisterent ea que circa preventionem deducebantur ex Farinac. q. 7. n. 52. Guazzin. defen. 1. cap. 8. & Carleval. de iudic. tom. 1. disp. 2. num. 906. id procedere dicebam in concursu plurium iudicium æque competentium in eodem iudicio civili, vel criminali respectivè, ita ut eorum iurisdictione a preventionem solum resolveret, ut sunt in Urbe Auditor Camera, Vicarius, & Gubernator, cum similibus, quia non variatur foris in genere, sed solum minus, vel alter iudex, secus autem, ubi agitur de omnimoda diversitate fori, & actionis in genere, ut est inter civilem, &

& criminalem; Et ex his cum iustitiæ fundamento, mihi ad veritatem reflectenti, visum fuit causam bene remissam fuisse ad A. C. in civitatibus, mandando quod hic inhibeat alteri in criminalibus, ut sequitur fuit, & causa pendet in Rota, atque de eius meritum in negotio principali agitur in sua materia sub tit. de ref. sub hac eadem intitulatione.

JANUEN. SEU FERRARIEN.
 PRO CARDINALI DONGO EPISCOPO
 FERRARIÆ
 CUM PALLAVICINIS.

Causa disputata in Signatura Gratiæ, & non resoluta.

An privilegium electionis, seu variationis fori competens viduis, pupillis, aliisque miserabilibus personis ex l. unica, C. quando imperator, &c. lo cum habeat contra clericos, & personas ecclesiasticas, præsertim qualificatas, puta Episcopos, vel Cardinales, &c. & qualis sit Cardinalium forus competens.
 Et de privilegiis concessis Civitati Ferrariæ, an derogent privilegio d. legis unice.

S U M M A R I U M.

- 1 Falliseries.
- 2 Episcopus an possit esse iudex in causa sue Ecclesie, vel mensæ, seu propria, & an isto casu intrat c. cautæ omnes, & n. 7.
- 3 Forus Cardinalium est Tribunal A. C. & n. 8.
- 4 Privilegium l. unica procedit etiam de iure Canonico, & in foro Ecclesiastico.
- 5 Dilectio privilegio non obstat dispositio Conciliaris in c. cautæ omnes.
- 6 Neque cadit sub privilegiis generalibus non erahendi casus, & n. 10.
- 7 Conclusio, de qua n. 2. cessat ubi in loco adesset alter Episcopus superior, puta Legatus.
- 8 Declaratur conclusio, de qua n. 3.
- 9 De effectibus resultantibus ex cognitione causarum in prima instantia coram Cardinalibus locorum.
- 10 De conclusione, de qua n. 6. in specie de privilegiis Ferrariæ, n. 12.
- 11 Non dicitur decisio Rote in iis, que incidenter dicuntur.
- 12 De eadem conclusione, de qua n. 6. & 10.
- 13 Statutum Ferrariæ regitur iuxta antiquam ejus formam, ita ut Legatus faciat signam antiqui Ducis.
- 14 Idem de Statu Urbini.
- 15 Privilegium l. unica, an locum habeat contra ecclesiasticos, & quale dicitur majus privilegium.
- 16 In Ecclesiasticis, & subditis Pape non datur potentia.

D I S C LXXX.

Cum Pallavicini prætenderent ex causa iustitiam cambii, & creditoribus Cardinalis Donghi Episcopi Ferrariensis in sua Ecclesia residentis, atque ex dicti creditoribus aliqui essent pupilli, istorum nomine etiam ex privilegio l. Unice, C. quando Imperator, contra dictum Cardinalem institutum fuit iudicium in Curia coram A. C. Verum dicto Cardinali reo convento istum locum declinavit, atque petente (attenta prima instantia) causam remitti ad partes, cognoscendam a Legato Ferrariæ ejusque officialibus, tam ex dispositione s. C. T. ff. 24. de reformar. c. 20. ut causæ omnes in prima instantia coram locorum Ordinariis cognosci debeant, quam ex amplissimis privilegiis per Clementem VIII. occasione devolutionis illius Status ad Sedem Apostolicam, concessis dictæ Civitati ejusque Statui, ne extra proprios lares, & ad Curiam tamen possent.

Introducitur proinde causa in Signatura gratiæ, assumptaque desuper disputatione, scribentes pro creditoribus causam in Curia substinere volentibus, quatenus pertinet ad dictam Conciliarem dispositionem, illi nullatenus locum esse dicebant, ex tribus fundamentis, Primo nempe, quod cum loci Ordinarius esset iudex Cardinalis reus conventus, non poterat esse iudex in causa propria, si enim etiam in causa suæ mensæ quavis de iure, quoties recusatus non est, possit esse iudex, a tamen recusari potest, ut habetur in Cotronen. sententiarum, hoc eod. tit. disc. 47. Atque praxim servat, quod Card. de Luca, Lib. III.

etiam in prima instantia, quoties agitur contra ipsam mensam Episcopalem, causæ introducantur & agantur in Curia. Multo magis ubi agitur de ejus proprio & privato interesse, in quo etiam non recusat abscque dubio non potest esse iudex, ex regula ne quis in propria causa, &c. ut in eadem Cotronen. ita distinguendo habetur.

Secundò quod Cardinales ex præminentia dignitatis non possunt alibi conveniri nisi coram Papa, cujus officialis, & minister dicitur A. C. ad not. per Canonistas in c. 1. de cleric. non residentibus, Lauen. de Card. in lib. qu. 44. Fagnan. in d. c. 1. n. 5. cum seq. ubi subesse difficultas, illa cessabat ex privilegio electionis fori competente ex dispositione leg. unice, Cod. quando Imperator, &c. quod privilegium procedere, etiam de iure canonico, & in foro ecclesiastico firmant Canonistæ, de quibus Fagnan. in c. ex parte, n. 10. de foro competenti, & in cap. significavit, n. 42. de offic. delegati, Ac etiam non obstantè dicta Conciliaris dispositione, ff. 24. de reformar. cap. 20. in c. causa omnes, cum illa intelligenda sit regulariter, & respectu non privilegiorum, non autem concurrente privilegio prædicto, ut in specie Novar. de elect. fori, sect. 1. q. 9. num. 18. & seq. Salgad. de supplicat. ad Sanctissimum, p. 2. c. 31. num. 37. Barbof. in collectan. ad Concil. dicta ff. 24. cap. 20. nu. 43. Atque ita etiam respondebant ad privilegia Ferrariæ, ut scilicet locum habeant regulariter, & cum non privilegiatis, secus autem concurrente isto privilegio, quod non venit sub derogatione generalis, sed indiget nota specialia, ut rejecta contraria minus communi sententia Alberti in ead. unic. magis communem ac receptam esse opinionem Civitatis, cæteris allegatis, probat Novar. in d. tract. de elect. fori, sect. 4. q. 1. cum pluribus seq.

Pro Cardinali autem prædicto, Ego & ceteri scribentes, procedendo cum eodem ordine, dicebamus responsum datam ad Conciliarem dispositionem in dicto cap. causa omnes, recipi forsan posse, quoties in loco Episcopi, qui ibi est Ordinarius, alter non adesset ejus superior, coram quo etiam tanquam Ordinatio conveniri posset; Tunc enim, quamvis in stricta juris censura, neque extra lares in prima instantia trahi posset, fed causa cognoscenda esset coram Arbitris, Nihilominus, stante contraria praxi, ubi arbitror posset de huiusmodi competentia; fed quælibet cessabat ex facto, quoniam in eadem Civitate residet Cardinalis Legatus cum amplissimis facultatibus, coram quo tanquam superiore non incongruit, Episcopum tanquam subditum in causis propria in prima instantia conveniri, ut etiam fuit sensus Signaturæ iustitiæ in alia Januën. ff. Ferrarien. inter eundem Cardinalem Donghum tunc Episcopum Imolen. & Prosperum Senaregam, unde quando non obstat privilegium l. unica nulla suberatur necessitas recurri ad privilegium Ferrariæ.

Hoc posito, dicebam non obflare, quod Cardinales tanquam Papæ Senatores, non nisi coram ipso conveniendi sunt, & successivè coram A. C. tanquam iudice Curialium, iuxta suas facultates per Papam deputato, quoniam hoc est privilegium Cardinalium, ac derogativa eorum dignitatis; nec scilicet, vel præsentem in Curia, vel absentem, coram aliis iudicibus conveniri valeant, ideoque privilegium prædictum retorqueri non debet in odium, ac facere, ut Cardinales longè absentes cogentur extra proprios lares trahi, atque in prima instantia magis incommodam, & dispendiosam sit in Curia substinere, ita enim esset peioris conditionis Cardinalis quæcumque persona privata, dum expedit partibus processus in prima instantia fieri coram Ordinariis locorum, in quibus ipsi degunt ad longè majorem commoditatem, minisque dispendium in examinandis testibus, procedendis scripturis, intruendis defensoribus, aliisque rationibus parandis. Ideoque nulla subesse videbatur ratio, ut id quod ex privilegio conceditur Cardinalibus ob dignitatem excellentiam, retorqueri deberent in odium; præsertim ubi exinde resultare non potest præiudicium totius Collegii, seu ordinis Cardinalitatis, ita ut intrat ratio textus in cap. cum contingat, de foro competenti, dum non agebatur de illum convento coram inferiori iudice pedaneo, quem indecorum esset, ac toti ordini præiudiciale officii superiori Cardinalis, sed coram Cardinali Legato, ut disputandum dicebatur indicta alia causa ejusdem Cardinalis agitata in Signatura iustitiæ.

Difficultas igitur tota restringebatur ad privilegium d. l. unice, super fori electione competente actoribus tanquam pupillis, qui punctus duas habebat inspectiones, Unam in terminis juris municipalis, seu privilegiorum concessorum cum contingat, de foro competenti, dum non agebatur de illum convento coram inferiori iudice pedaneo, quem indecorum esset, ac toti ordini præiudiciale officii superiori Cardinalis, sed coram Cardinali Legato, ut disputandum dicebatur indicta alia causa ejusdem Cardinalis agitata in Signatura iustitiæ.

Ferrariensis eorumque Legationi, an scilicet ea contineant derogationem huius privilegii clausi in corpore juris, dum de illo specialis mentio non habetur. Alteram vero inspecta dispositione juris communis, an scilicet privilegium praedictum locum habeat contra clericos, & personas ecclesiasticas, praesertim qualificatas, prout sunt Episcopi, & Cardinales.

10 Circa primam, duo fortiter obstant contra hanc partem. Primum nempe regula generalis, quod sub huiusmodi privilegiis non censetur huic derogatum abique speciali mentione iuxta decisiones Grammatici & Franchi, ac alias impressas post Novar. d. trati. dec. 24. cum pluribus seq. & in aliis deductis per eundem d. sect. 4. qu. 1. cum pluribus, seq. ubi de materia; Et secundo ex speciali autoritate Rotae dec. 513. n. 10. p. 1. rec. ubi in individuo istorum privilegiorum Ferrariae id firmatur.

Quatenus pertinet ad hanc specialem Rotae auctoritatem, advertebam de illa rationem haberi non debere. Tum quia procedit cum praesupposito erroneo, quod in huiusmodi privilegiis, illud legis unice effectus exceptum, quod non legitur neque in Brevis specialibus, minusque in generali Consuet. 59. eiusdem Clementis. Tum etiam quia in casu d. decisionis non disputabatur de hoc puncto, sed de aliis, idque incidenter dicitur, unde dici non potest decisio, ut saepius protestata est Rota, praesertim apud Seraphin. dec. 299. in h. dec. 17. n. 9. p. 7. rec. 285. nu. 13. p. 9. & in aliis. Utcumque tamen sit, ob abusum inherens simpliciter doctrinis specialibus, quales, quales sunt, id magnam inferbat difficultatem.

11 Majorem tamen difficultatem mihi inferbat primum obiectum deductum ex regula, juxta magis commune, superius constituta, quod scilicet sub huiusmodi privilegiis generalibus non veniat istud abique derogatione specialis; Pro hoc autem obiecto renovando ponderabam, quod auctoritates quae desuper circumferri solent, praesertim, d. dec. Grammatici, & Franchi, cum quibus caeteri transunt, loquuntur in terminis jurisdictionis concessae alicui Baroni, vel Magistrati, ita ut agatur de iure specialis, id est in congrua applicabatur ad terminos nostros, in quibus huiusmodi privilegia continere non videntur aliquid ius speciale alicui Magistrati, vel personis particularibus concessum, sed potius quandam Papae declarationem non immutandam antiquum statum huius Ducatus, seu Principatus, sed illum relinquendum in suis terminis, ita ut regeretur eodem modo, quo sub suis Ducibus ante devolutionem regeretur, quando idem Dux dicebatur Princeps, in cuius foro, non autem in illo Papae, & Curiae Romanae practicable erat dictum privilegium electionis ab inferioribus magistratibus, juxta ea quae habentur in Melevitana, d. 69. hoc tit. ita ut Cardinalis Legatus nunquam faceret eam figuram quam prius ibi faciebat Dux, ideoque coram eo tamquam Principe electio fore verificaretur, eodem modo quo prius verificabatur coram Duce;

12 Quod comprobabam cum simili de Statu Urbini, quem devolutione non obstante, Urbanus VIII. concessit cum suis antiquis legibus & decretis Ducibus regi, ex iis quae habentur in Urbinaten. praedii coram Bevilacqua & Cerro post Patrell. dec. 50. & 51. & habetur actum in eadem causa sub tit. de feudis ad materiam Bullae Baronum, d. 83.

13 Itam responsionem, quam alibi ingeniosam, ac metaphysicam ratiocinationem dicebam ut frequenter a pragmaticis leguleis dici solet, reflectendo ad veritatem, credebam solidam in casu suo, ubi scilicet ageretur inter illos huius Principatus subditos, qui si casus devolutionis non evenisset, alium non agnoscerent forum Principis, in quo huiusmodi privilegium esset practicable, nisi illum Ducis, ut est casus, d. 69. Verum dubitabam de applicatione, quoniam posita etiam ista continuatione antiqui status, adhuc in ordine ad clericos & personas ecclesiasticas, Dux Ferrariae nullam Principis figuram faciebat, nam etiam in Principatibus nullam in temporalibus a Papa dependentiam habentibus, ipse Papae dicitur ecclesiasticorum Princeps, ideoque Romanae Curiae forus esse iste, in quo dictum privilegium est solum verificabile, non autem ille Principis secularis; Unde motivum erat verum in casu suo, sed male applicatum ad casum controversae, & in quo frequenter consistit consulendum fallacia.

14 Quare unica huius partis defensio restringebatur ad alteram inspectionem juris communis, An scilicet privilegium praedictum locum habeat contra clericos, & ecclesiasticas personas, ita ut illo inter aequae privilegatos, cessante, servanda sit iuris communis dispositio; Et in hoc favore ecclesiasticorum adducebam plenam dec. 195. Capyc. Latr. ubi caeteris allegatis firmatur, potentius esse privilegium clerici, quam

illud viduae, ita ut etiam adversus istam clericis detur electio. Quicquid enim sit de huius assumpti veritate, de qua satis dubitari posse credebam; indubitata tamen resultare videbatur aequalitas, quae sufficit ad effectum convalidationis; Atque ultra dictam auctoritatem, ac alias ibidem collectas, ponderabam istam opinionem videri satis probabilem, atque etiam ratione, quae duplex in proposito consideratur. Una scilicet, ne clerici per huiusmodi privilegium coacti adire Curiam Principis, ut plurimum remotam, retrahantur a sibi commissarum Ecclesiarum & animarum cura, & servitio, in praedictum publici boni spiritualis, quod praefendum est illi publico bono temporali, in quo huiusmodi privilegium fundatum est; Alteram vero, quod privilegium praedictum fundatum est in praesumpta perhorrescentia, quam persona miserabilis habeat de colligantis potentia, a qua istae miserabiles persona de facili opprimi solent; Idque adeo verum, quod juxta opinionem in Regno Neapolitano receptam, volens ut hoc privilegium electionis, vel variationis fore tenetur huiusmodi perhorrescentiam formiter jurare, ut per Novar. d. tr. sect. 1. q. 2. per tot.

Haec autem praesumptio potentiae non datur in Episcopis, & Cardinalibus, alicuique personis ecclesiasticis, quamvis adeo magnam dignitatem, & jurisdictionem habeant, quod persona potentes dici possint, quia persona ecclesiasticae subjacent obedientia Papae & Superiorum, atque in eis non est praesumptum delictum, ut in proposito Duran. dec. 413. n. 5. dec. 401. n. 7. cum seq. p. 5. rec. Add. ad Buratt. dec. 832. n. 5. Et consequenter ubi etiam persona Ecclesiasticae dicenda non essent miserabiles, jure viduarum, & pupillarum, aliorumque miserabilium censendi ad effectum usus activi huius privilegii, adhuc tamen & dicta ratio cessantis rationis dicti privilegii, dicantur in hoc privilegii ratione convalidationis, seu quod faciunt illud cessare, atque intacta remaneat iuris communis dispositio, in quo sensu recte procedere videntur deduci per Capyc. Latr. d. dec. 195. Nulla tamen capta fuit resolutio ut cum prudentialibus temperamentis controversa foret.

MELPHIEN. SEU VENUSINA

PRO CAROLO CONSTANTINO ARCHIPRESBYTERO VENUSINO, CUM EPISCOPO MELPHIENSI.

Causa decisiva per Signaturam Iustitiae pro Constantino.

Causa civilis quando dicatur prejudicialis criminali ita ut iudex civilis inhibeat, & ne in causa procedat, civili non terminata, Et an & quando causa incisionis arborum dici possit criminalis, ita ut talis actus sapiat delictum punibile.

S U M M A R I U M.

- 1 Falli series.
2 Quando causa sunt connexae, & una est alteri prejudicialis, tunc iudex praeventio inhibet secundum.
3 De poena incisionum arborum, & vinearum.
4 Quando talis incisio dicatur illicita, & punibilis.
5 Ubi intrat actio civilis ex contractu, vel quasi, non intrat actio criminalis ad poenam.

D I S C. LXXXI.

Cum ad instantiam pensionariorum Ecclesiae Melphien. ob Episcopos Branciforti carcerationem in Abbatia Sublacen. cum suspensione jurisdictionis, ac deputatione Vicarii Apostolici, pro eorumdem pensionariorum indemnitate, deputatus fuisset dictus Constantinus per A. C. oeconomus bonorum & reddituum dictae mensae Episcopalis, reintegratus deinde dictus Episcopus ex gratia Pontificis successoris, praefatum oeconomum pulsavit coram eodem A. C. in civilibus pro rationum redditione, dictaque causa jamdiu tractata & pendente, Episcopus praefatum oeconomum coram eodem A. C. in criminalibus querelavit de incisione plurium arborum, & aliarum silvarum ad dictam mensam pertinentium, efformatoque desuper processu, iudex criminalis dictum Carolum molestante cepit, und habitio recurrit ad Signaturam Iustitiae, pro istam obtentum fuit scriptis, quod iudex civilis inhibeat criminali.

Pro Constantino autem concevit, ac alumno scribens, iustitiam ac iudicium dicebam ejus petitionem, qualem Signatura canonizavit, quia cum in iudicio redditionis rationum, jam

jam praeventio, & pendente, iudicari posset, huiusmodi incisionem in processu criminali probatam, & ex parte oeconomii de ejus licentia & permissione non negatam juxta eorundem Episcoporum, & aliorum administratorum consuetudinem, bene factam esse. Atque de utilitate exinde resultante fidelem reddi rationem, unde propterea quodcumque delictum cessasset, & idcirco permittere non erat, ipsum quo eadem re in criminalibus molestari; Tum ex regula, ut quis pro uno eodemque negotio, non debeat eodem tempore coram pluribus iudicibus molestari, ac lites sublinere. Tum ratione connexionis secum ferentis inconveniensi, ne scilicet super eadem re per diversos iudices diversae, vel contrariae sententiae profertantur, ex collectis per Farinac. qu. 100. n. 125. cum seq. Caval. dec. 443. 475. & 530. Buratt. dec. 944. & in aliis Rota frequenter, ut supra, d. 79. atque talis est inconcussus Signaturae stylus, quoties concurrunt prejudicialis, quod scilicet una causa fit alteri prejudicialis, quia sententia lata in una parere potest exceptionem rei iudicate in altera, nam tunc attenditur praeventio, & primus iudex inhibet secundo.

Quamvis autem ista solum sufficerent quoad punctum ordinis, de quo erat quaestio, Ad quamdam tamen exhibentiam, atque clarius ostendendam injuriam molestiarum, quae per dictum Episcopum inferrebat, deducebam etiam concernentia iustitiam causa, ac omnimodam exclusionem delicti & criminalitatis; Licet enim text. in l. 2. ff. arborum furum cesarum dicat, arborum, ac vinearum incisiones, & vantaros, tanquam latrones puniendos esse, ibique gloss. subiungat esse poenam ultimi supplicii; Nihilominus in praxi recepta non est huiusmodi opinio, sed ita delinquentes poena extraordinaria, juxta facti qualitatem, & circumstantias puniuntur, modo cum poena ledum funis, modo fustigationis, modo tritremum, ut per Clar. in praxi crimin. qu. 68. num. 42. ubi Bajard. in addit. num. 120. Farin. in praxi qu. 20. num. 113.

Hoc tamen procedit in his, qui dolose, ac more latronum, ad injuriam illi agunt, ut clare probat eadem rubr. in l. 1. ff. 100. tit. ff. arbor. part. m. c. f. v. m. 3. Atque in furva incisione facta ignorante domino & causa eland. ut per text. in l. furum cesarum. Alias enim ita puniendi essent omnes pastores & coloni, sive lignorum venditores, qui, vel pro usu animantium, vel pro usu lignorum combustibilium aliquas arbores in silvis incidunt, atque omnes cauae damni dati essent criminales, & severè punibiles, quod juxta contrariam praxim irridibile dicebam, non requisitum, fuit essentia delicti consistit in eo, quod illi gestum sit clam & fursum ad vindictam, vel injuriam. Multo magis quia actus incisionis aliquarum arborum in genere, tam ex consuetudine, quam ex ipsarum renaturam, & bonorum natura, & qualitate fuit licitus, vel quia expediat defensas arbores incidere, ac silvam rarefacere pro majori restantium fructu, vel pascuorum meliori qualitate, vel quia colonis & pastorigibus, renatus ibi proximas colentibus, vel in ipsis silvis pascu fumentibus, de necessitate incisionem permittere oporteat, tam pro pasta animantium hyberno tempore, praesertim quando terra nive cooperata est, quam pro usu eorumdem colorum, & pastorum in lignis combustibilibus ac aliis necessariis pro contrahendis capannis, & rusticis instrumentis componendis.

Posito autem actu licito in genere, seu substantia, ubi circa usum praetenderetur aliquis excessus, illi importare solum posset malam administrationem, & successivè condemnationem ad damna, & interesse, sed non per hoc intrabat iudicium criminali, quod nunquam intrat, quoties praetentus delictus evulserit & actione descendente ex contractu purgati titulis administrationis, vel domini tollit iurum & criminalitatem, ex deductis, dec. 108. num. 6. post Merlin. de pign. ubi de haec delictum criminaliter non accufando, neque puniendo de crimine expulsa hereditatis, ob bonorum haereditariorum occultationem, ut simulibis, ideoque idem Episcopus hanc viam deseruit, utpotè omnino incompetentem; Causa vero civilis redditionis rationum sopita fuit per concordiam.

ROMANA PRETTI CASTRORUM PRO CREDITORIBUS MONALDENSIUM CUM MARCHIONE MARCELLO RAYMUNDO.

Causa pendet in Camera.

An iurisdicção pro Principem, seu alium superiorem alicui delegata, probetur ex eiusdem delegati assertione de viva voce oraculo; Et quando huic deferendum sit.

S U M M A R I U M.

- 1 Falli series.
2 De viva voce oraculo, quando illud habeant officiales.
3 De regula Cancellariae non iudicandi cum sola supplicatione sine literis.
4 De eadem materia oraculo viva voce.
5 Reversus & declarationibus in plena Signatura gratia deferendum, etiam foretenu.
6 De Signatura gratia & officialibus in ea intervenientibus, & quomodo Papa viva voce oraculo respondere soleat.
7 Declarantur regulae Cancellariae, de quibus, n. 3.

D I S C. LXXXII.

Venditis ad haetam per Congregationem Baronum instantibus creditoribus Castri illorum de Monaldensibus, ut deductum quoque haberet sub tit. de feudis ad materiam Bullae Baronum, d. 77. cum seq. illicite licitatis per Marchionem Marcelum Raymundum, contra istum tunc bannitus, Thesaurarius ex iurisdictione sibi oretenus per Papam in Signatura gratiae concessa, ad eorumdem castro-rum executionem, ac subbationem pro longè minori pretio processit, ad effectum exinde satisfaciendi, prout fuerat, antiquis creditoribus Monaldensium per dictum emptorem accollatis; Cumque ipse in gratiam restitutus, non posset ejus actiones dirigere ad ipsa castra, sante Apostolico chirographo, seu brevi, ea omnino eximente, atque emptorem tutum reddente, distatque actiones in pretium transfundente, illas proinde direxit adversus creditores de pretio ut supra satisfactos; Et commissa causa in Camera Corfino, praetendens se per dictam subbationem nulliter & injustè sequatur spoliatum fuisse, proindeque ante omnia reintegrandum esse.

Inter plura nullitates & injustitiae fundamenta, illud erat praecipuum, in puncto juris consistens, defectus iurisdictionis, quia nullibi per commissionem, vel aliam scripturam constabat Thesaurario demandatum fuisse facultatem procedendi contra absentem, non servato eo rigorose iuris ordine, qui alias, cessantibus facultatibus a Principe communicatis, servari debuisset, & quarum vigore in actis processisse assertum fuerat. Non obstante quod diceretur, id viva voce oraculo per Sanctissimum concessum esse, cum tali assertioni sine scriptura deferendum non sit officialibus, nisi solum circa concernentia eorum officium juxta Constitutionem Pauli V. moderatiorum oraculo viva voce, ita declaratum per alteram Constitutionem 139. Urbani VIII. Unde cessante illo viva voce oraculo generali solum hodie commententur in concernentibus officium; In reliquis dicebant pro Raymundo scribentes, necessariam esse scripturam, ex regulis Cancellariae, circa quas dicti scribentes variabant, aliqui enim allegabant regulam 27. dispositionem non iudicari juxta formam supplicationis, sed juxta formam litterarum; Alii vero allegabant regulam 30. seu 31. dispositionem commissionis non vulturas nisi literis expeditis; Atque his addebant auctoritatem Molinae de primogenitura, l. 2. c. 7. n. 53. necnon Sanchez & aliorum materiam matrimoniale tractantium, ac affirmantium occasione dispensationis matrimonialium, solis scriptis & commissionibus abique literis deferendum non esse; Et istis ego dicebam addi posse tot Regnicolas, de quibus etiam Rota in Romana censuras, seu depositi 8. Martii & 21. Junii 1641. Duzozetto inter suas dec. 604. & 622. firmantes in assensibus regis super feudorum obligatione, vel alienatione, ac simulibis, non sufficere supplicationem signatam, nisi etiam intrat annum litterae, seu privilegium in forma Regiae Cancellariae expendantur, & de qua causa haberet actum sub tit. de credito pro Monte pietatis.

Pro creditoribus autem scribens, quicquid esset de aliis exceptionibus, in facto potius, quam in iure consistentibus, praesertim circa excessum, ac etiam aliorum bonorum comprehensionem; Quatenus ad hanc nullitatem stricte pertinet, cum sensu etiam veritatis, frivolam maleque fundatam huiusmodi exceptionem dicebam, quoniam quicquid sit an alicui conspicuo & magno Magistratu, qualis in Romana Curia rectè ac iuridicè dici potest Thesaurarius Generalis, deferendum esset circa viva voce oraculum sibi a Principe datum, quoties agitur de principe absente ab eodem loco, ita ut non de facili partes interessatae de hoc certificati

possent, quo etiam casu stante officialis conspicua qualitate probabilior videretur affirmativa ad text. in c. nobilissimus 97. dist. cum aliis deductis per Lap. alleg. 32. n. 4. ubi adden. Altograd. conf. 22. n. 46. & seq. vob. 1. Farin. qu. 97. apud quos ceteri agentes de hac materia vivae vocis oraculi; Omnem difficultatem cessare dicebam, quoties agitur de actibus gestis Principe praesente, & in loco sua residentia, tunc enim nullatenus probabile est, quod officium Magistratum velle in faciem Principis, ad quem facilis haberi potest recursus, cum narrativa facultatis ab eodem sibi attributa in causa procedere sine jurisdictione, praesertim ubi agitur de causa gravi, & de reiteratione plurium actorum, ut bene Grammat. conf. civ. il. 24. n. 8. cum seq. & supponitur apud Buratt. decis. 117. num. 6. & 10. cum seq. decis. 194. num. 9. part. 4. recent. tom. 2. & in aliis.

Improbabile siquidem est, adeo stultum reperiri, qui Principe praesente, in causis gravis momenti, in quibus verisimiliter unius partium recursum certum & facilem supponere debet, hujusmodi attentatum committere vellet, praesertim spectata qualitate officialis, qualis erat Thesaurarius, juxta Curiae stylium, proximus promotioni ad Cardinalatum, & cujus officii factura, ultra honores importat valorem seu totum fere 100. mill. ex rationibus de quibus in Neapolitana praesentis officiorum, dist. 2. ubi de rationibus ob quas haec officia sunt venalia & vacabilia propter promotionem ad Cardinalatum, ideoque dicebam hujusmodi praesentem nullam habere substantiam.

Clarissus quia hujusmodi vivae vocis oraculum per Papam praesertim non fuerat in aula, & sacro, sed in plena Signatura gratiae, quae est de magis publicis, & numerosis functionibus quas Papa facit, ita ut videretur species notoria, ac melior & certior probatio voluntatis Papae quam sit per supplicationem ejus manu signatam, cum haec utpote falsificationibus, vel sabreptionibus subjecta dari possit absque ejus intentione; Quodque declarationibus per Papam factis in plena Signatura omnino defendendum sit, habetur in Carpen. honorum 10. Aprilis 1617. Sacro Camerinen. pensionis 26. Junii 1641. Panzirolo, & in eadem apud Royas, dec. 217. Romana hereditatis 28. Aprilis 1659. Melio impressa post collectiones Bondeni, dec. 62.

Attenta praesertim congruitate dictum oraculum tunc praestandi Thesauro praesenti; in illo etenim congressu, ultra Cardinales assistentes, ac Praelatos votantes, & Referendarios, interveniunt omnes Praelati; Officiales majores iustitiam administrantes, prout supra A. C. ejusque Locumtenentes, Thesauro, Vicegerentes, nec non capita Tribunalium Collegialium, nempe Decani Rotae & Camerae, & quandoque eorum loco Vicedecani, unde quando agitur de causa ad quemlibet ex istis respectivè spectante, Papa ad eum verba dirigere solet, atque oracula dare, ut demandato vivae vocis oraculo dato Decano Rotae tanquam capiti illius Tribunalis liquet ex dicta Camerinen. pensionis 1. Julii 1643. coram Royas inter suas dec. 217. unde cum hujusmodi materia spectaret ad Congregationem Baronum, de cuius mandato casus praedicti distracta erant, rectè Papa oraculum dedit Thesauro; qui ex eadem Bulla Baronum est dicta Congregationis caput. Regulas autem Cancellariae ut supra per alterius partis defensores, allegatas a casu propositi extraneas dicebam; Siquidem reg. 27. praecipit non iudicari juxta formam supplicationis, sed juxta formam literarum, & reg. 30. seu 31. loquitur de commissionibus in causis beneficiorum, non valentibus nisi licetis expeditis, & sic utraque percutit collationes beneficiorum, vel gratias, super quibus litera expediti solent, ne in praedictum officialium Cancellariae obinertes negligenter literas expedit, Ac etiam quia post signatam supplicationem, antequam litera expendantur, solet ista revideri per varios Officiales, qui tanquam organum Papae multa delent, vel addunt, aut accommodant, quod nil commune habet cum commissionibus in causis privationis, in quibus nec litera expediuntur, neq. Datariae, vel Cancellariae Officiales quocumque gerere habent, & verè in Camera hujusmodi exceptio propositi irrelevantis reputata fuit, sed proposita causa de anno 1658. restricta fuit difficultas ad alia concernentia iustitiam, praesertim circa excessum ac exceptionem cuiusdam tentante, seu membri dictorum Castorum non traditi, quae in facto potius, quam in jure consistebant.

ANNOT. AD DISC. LXXII. & LXXIII.

Super his difficultatibus circa probationem jurisdictionis ex vivae vocis oraculo, & jurisdictionem Camerarii Riparum, alia desuit occasio disputandi, atque circa primum, vi-

detur quod decisio nimium pendat ab observantia, seu stylo, quoniam si aliquis officialis in faciem Papae plures, ac reteratos faciat actus, tunc videretur, quod eis sit deferendum, atque pro validitate respondendum, ex deductis sub tit. de donat. dist. 2. n. 24. E converso autem, ut hujusmodi assertioni deferendum non sit in his, quae non nisi per ipsum Principem concedi solent, & in quibus officialis sit potius exequutor, & minister id adiacere solitus pro stylo antiquo, priusquam facultates reformationem reciperent, consentiunt quae habentur sub tit. de reg. dist. 174. & seq.

ROMANA CONCURSUS PRO MERCATORIBUS RIPALIBUS, CUM DOHANERIO.

Casus disputatus in Camera, ignotus est exitus.

De jurisdictione Camerarii Riparum in causis mercatorum ripe, seu negotiorum ripale concernentibus, quomodo & quando competat, & an procedat ubi contentio est cum Dohanerio super gabella per tabernarium, seu hospitem debita concurrente cum mercatoribus ripalibus creditoribus ex causa vini, vel mercium, vel potius tanquam in causa fiscalis cognitio spectet ad Thesauroarium. Et an sileus qui venit ad causam alteri assistendo tanquam defensor necessarius, seu alias habes interesse mediatum trahat causam ad forum suum.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 Causae ripales cognosci debent per Camerarium ripe, & quid ubi contentio est super gabella.
- 3 In concursu generali creditorum super bonis unius debitoris causae debent cognosci coram uno, & qui sit iste magis competens.
- 4 In exercite plures artes, vel exercitia quis sit ejus iudex, seu forus magis competens.
- 5 Causae fiscales coram quo cognoscenda sint.
- 6 Gabella dicuntur Principis, ac sileus in eis interessatus dicitur, quamvis privatus, vel alius sibi assignata essent.
- 7 Quando sileus interesse mediatum casu debitoris, & in quo foro isse agere debeat casus debitoris.
- 8 De jurisdictione Ripe ejusque Camerarii, in quibus casus procedat.
- 9 De jurisdictione Magistri nundinarum, seu Consulis, aut alterius fori mercatorum.

D I S C. LXXXIII.

Sub Eugenio IV. per Populum Romanum, & quo mandante, vel approbante Papa, tunc ut plurimum publica onera indicabantur, imposita fuit quaedam gabella super vinum ripale, per Leonem X. deinde aucta, atque per unum, vel alterum applicata subventioni Studiorum urbis, & gabella studii proinde nuncupata, & de qua habetur in Romana appaltus post Pauci. de Salv. dec. 285. per Conservatores Populi administrari solita, & cui gabelle moderno tempore adjectum fuit quoddam augmentum nuncupatum octavi cadidi, seu barillis, ad beneficium Camerae Apostolicae, quod cum appaltu Dohanæ aliquando concedi solet, & aliquando separatim, sive etiam unicum cum appaltu ipsius antiquae gabellae, cum distinctione tamen pensionis proportionabiliter, & pro rata solvenda ut supra.

Cum autem per Clementem VII. in ejus Constitut. 4. vel renovando antiqua privilegia, vel de novo concedendo, statutum esset, ut omnes causae mercatorum Ripae, merces, & negotia ripalia concernentes, aut ab eis dependentes, & emergentes, ex causa pretii illarum, cognosci debeant per Riparum Camerarium, summarie, simpliciter, & de plano, privative ad quocumque alios iudices, quae Constitutio confirmata fuit per Paulum III. in ejus Constitut. 6. & ampliat per Pium IV. Constitut. 25.

Hinc proinde sub isto Pontificis exorta fuit controversia, ad quem iudicem spectare deberet cognitio causarum, quae verti solent inter mercatores ripales vendentes vinum, & cauponas, seu tabernarios illa ementes, isurumque creditorum ex aliis causis, duaeque sententiae Camerales emanarunt, declarantes, quod ubi controversia esset super ipsa gabella, vel

vel super ejus debito in genere, vel super ejus quantitate, aut modo solvendi, & tunc cognitio spectare deberet ad conservatores tanquam iudices, & administratores gabellae, ubi vero super ipsa gabella nulla esset controversia, sed ageretur de concursu ad bona cauponae, vel tabernarii inter mercatores ripales creditores ex causa vini, & Dohanerium creditorem ex causa dictae gabellae jam determinatae, quia nempe juxta mortem per omnes communi debitori habita fuerit fides de pretio, & tunc cognitio spectare debebat ad Camerarium riparum; Quae sententiae confirmatae fuerunt per eundem Pium IV. in ejus Constitut. 72. in Bullario veteri. Sixti V. juxta quam distinctionem ita servari consuevit, ac etiam exprimi in ejusdem Appaltus capitulis, illud soluta post debitum moderatum augmentum addendo, quod ubi controversia esset super substantia, vel quantitate gabellae antiquae, qua distinxit septem eadum, cognitio, seu declaratio spectare deberet ad conservatores, respectu vero octavi cadidi ex causa novi augmenti cognitio, seu declaratio spectare deberet ad Thesauroarium, iudicem privative ad omnes super gabellis, & rebus cameraribus.

Formata igitur de anno 1651. concursu generali creditorum in bonis quorundam tabernariorum, qui defecerant, atque praetendente gabellario creditore ex causa gabellae, de qua sileus habebatur, causam trahere ad Thesauroarium; E converso autem praetendens mercatoribus Ripalibus creditoribus ex causa crediti, aliarumque mercium, eam spectare debere ad Camerarium Riparum; Hinc introducta desuper disputatione coram Camera Decano, ad quem tanquam speciebus Praefecti Signaturae, quam Tribunal Camera utpote a Signatura Iustitiae exemplum, in ventre habet, istas controversias decidere pertinet.

Pro dictis mercatoribus scribens, cum sensu etiam veritatis, dicebam, pro remissione causae ad Camerarium probabiliter responderendum esse, tanquam in casu jam determinato per dictas antiquas sententias, confirmata etiam in d. Constitut. 2. Pii IV. atq. a tam longinqua observantia, & ab ejusdem Appaltus capitulis corroboratas, cum nulla adesset controversia super ipsa gabella, vel ejus quantitate, sed super ejus pretio, de quo gabellarius tabernarius sileus habebatur.

Et quatenus etiam dictae sententiae, ita canonizatae non adessent, adeo ut punctus ex intero determinandus esset, ita etiam determinari debere dicebam, quia in iudicio universali concursus plurium creditorum in bonis ejusdem debitoris, unus debet esse iudex omnium causarum, tam ratione connexionis ne contingat fore eodem puncto coram diversis iudicibus pluribus, diversas, vel contrarias sententias profecti, quoniam etiam ratione intolerabilis in commodi partium, ut coram pluribus iudicibus, seu in diversis foris scripturas producere, ac novas probationes facere cogentur, ad text. in nullis. C. de iudicis, cum concordant. copiose in materia cumulat per Sagod. in l. ab ymo. credit. p. 1. c. 4. cum seq. Et si plures essent iudices in pari causa, tunc in praesenti dicebam esse debere Camerarium Riparum, vel quia causa spectare debet ad iudicem debitoris, non creditorum, cum sub jurisdictione dicti Camerarii etiam dicti tabernarii existant, & tunc auctas debet ille iudex, qui est competens majoris partis creditorum concurrentium ex eo quod in hac materia contentus tant in ordine ad dilationem debitori dandam, quam quoad defalcum & alia, tanquam in Universitate, seu Collegio per creditores constituto, major pars praesidat minori, vel stemum quia coram Camerario causa repetebatur praevientia, & sic quae data a quali plurium iudicum competentia, praeventioni deturum erat, ex punctualiter deductis in his terminis concursus formati ad instantiam creditorum per Sagod. de a. s. i. per tot. praesertim n. 36. & 56. cum seq.

Atq. in idem ponderabam id quod habemus de concursu plurium iudicum unius personae exercentis plures artes, vel professiones, quarum quaelibet habeat suum iudicem privative, quod si contingat tractari casum occasione unius artis, vel professionis, tunc causa tractanda est per ejusdem artis iudicem particularem, sed si tractanda sit causa indifferens, quae personam, vel bona artificis, vel professoris generaliter percutiat, & tunc cognitio spectat ad iudicem illius artis, quam ipse frequentius exercet, & in qua suum principale institutum versatur. Sicut in l. sub praesertim, n. fin. C. de Sacros. Eccles. Franch. dec. 157. & habetur in hoc proposito deductum sub tit. de regal. praesertim in Romana tamen pro universitate Nursinorum Campisiorae, dist. 98. Unde cum tam spectata persona tabernariorum, quam numero creditorum, qui erant mercatores Ripales, ac etiam quantitate crediti, major competentia militaret pro Camerario, sic circum inju-

stam dicebam gabellarii praeventionem; Possissime quia ipse duplicem in eodem genere gabellae pensionem gerebat, unam pro gabella antiqua administrata per Populum majoris partis septem eadum, & alteram pro gabella moderna camerarialis tribus eadum, & hoc status partis, pro qua, concurrentibus aliis creditoribus ut supra, necnon competentia ejusdem fori riparum pro majori parte gabellae, proventus incommuni dicebam, ut adeo minor pars totum trahere deberet.

Pro Dohanerio vero scribens, necnon Camera Procurator & advocatus eidem adherentes, eorum intentionem fundabant in privilegio Fisci deducto ex Apostolicis constitutionibus, praesertim Constitut. 6. Pauli III. statuentibus omnium causarum, in quibus ille habet interesse, cognitionem spectare debere in prima instantia privative ad Thesauroarium, & deinde ad Camerae, quae Constitutiones in iura sunt dispositioni juris communis, ad text. in l. in C. si adversus iustitiam, & toto tit. C. ubi causa Fiscalis, cum concordant per Fatinae in fragment. verbo Fiskus, n. 180. cum seq. Carleval. de iudic. tot. dist. n. 689. & seq. Capyc. Larr. dec. 186. val. a. apud quos ceteri, atque ex hoc deducebant, quod dictae antiquae sententiae tanquam emanatae de tempore, quod aderat sola gabella septem eadum, in qua Camera Apostolica non habebat interesse, nullum constitucantur statum respectu moderna octavi cadidi spectantis ad Camerae, ex iure novo.

Atque huiusmodi aliquid addebant interesse quod Fiscus habebat pro gabellarii satisfactione, & ne huc praedictum remaneret, vel ut ita promptius ab eodem gabellario ipsa Camera censum exigere posset, vel ad tollendum omne dubium, ne gabellarius, ita praedictus aliquam defalcari praeventionem haberet, unde propterea certum dicebam Camerae interesse, ut ejus ratione Apostolicis Constitutionibus in supra locus fieret.

Verè tamen hujusmodi praeventio pro meo iudicio nullam habebat substantiam. Primo quia antiqua gabella septem eadum, adhuc dicenda est Camerales, utpote per Papam immediate, vel immediate ut supra posita, cum ea originaliter indicta esset per Eugenium IV. aucta deinde per Leonem X. ut constat ex d. Constitut. 6. Pauli III. & Constitut. 25. Pii IV. in antiquo Bullario Sixti V. ideoque nulla aderat differentia inter gabellam antiquam septem eadum, & modernam, quae non gabella nova, sed potius quoddam antiquae augmentum dicenda est, solaque differentia consistit circa applicationem in diversos usus eundem Principatum concernentes, quoniam ad Principem quoque pertinet, scientiarum studia & universitates ex publicis oneribus sublevantare, ac propterea id non tollit, vel alterat sibi privilegium, vel interesse, cum illud etiam concurrat in gabellis a Principe impositis, & deinde privatis personis venditis, ut late firmat Larrea alleg. Fisci ad 7. n. 3. cum seq. & habetur in Romana appaltus lignorum, sub tit. de regal. dist. 81. & sic dictae sententiae statum in hoc augmento etiam facere videntur, ex ratione accessorii sequi debentis naturam sui principalis.

Secundo clarissus, quia tunc motivum esset considerabile, quando controversia esset super concurrentibus ipsius gabellae substantiam, vel modum, cum scilicet illi deberetur, necne & quomodo, cum determinatio habere posset tractum necessarium, & continere praedictum, non solum temporaneum ipsius gabellarii, sed perpetuum Camerae, quo casu merito per eadem sententias, & per capitula appaltus provisi sunt, cognitio spectare debere, vel ad conservatores, vel ad Thesauroarium respectivè ut supra. Secus autem in praesenti concursu, in quo nulla erat controversia super substantiam, vel modo gabellae, cuius debitum in certa quantitate iam inter gabellarium, & tabernarios determinatum erat, solamque gabellarius concurrebat tanquam nudus creditor pecuniarius pro ejusdem gabellae pretio de quo sileus habebatur, unde quando dictum creditum consistit non potest, id non infererebatur aliquod successum Camerae praedictum, cum exinde non sumeret status in futurum, neque hac die possent causa ob quam gabellarius aliquod defalcum praetenderet.

Aliud vero interesse facilius exactionis census & gabellario, utpote mediatum, & remotum, non videbatur ad id aptum, quia sisco conceditur assistere cause per privatum in ipsum debitorem tractatae pro suo interesse, sed coram iudice debitoris mediatum, ut in his terminis sicuti agens contra debitorem sui debitoris, licet Staib. jun. resol. 194. Rovit. super pp. 2. de off. procur. C. n. 2. Carleval. de iudic. vol. 1. n. 705. Capyc. Larr. dec. 175. n. 39. & dec. 186. n. 8.

Tunc autem interesse mediatum sicuti ad effectum fore est considerabile, quando exitur cause in ipsius potius quam victi praedictum redundaret, quia nempe teneretur erga

victum de evictione, ut habetur apud Carleval. loc. cit. n. 703. in cuius casu non verfabatur, quia si gabellarius per creditores victus esset, nil Fifco intererat, cum non per hoc aliqua evictionis actio contra eum haberi possit.

8. Uno autem casu eadem, gabellarii & Cameralium si bi adhaerentium praetentionem aliquam habere posse probabilitatem, quando disputari coningeret de puncto potioritatis; An scilicet mercatoribus vinum credentibus illa competeret adversus gabellarium creditorem ex causa gabella, vel e converso eadem potioritas competeret gabellario ex dicta causa adversus alios creditores, cum tunc ageretur de puncto praedicti habentis tractum successivum, ac recipiente ipsum gabellam in genere, cum praedictio Camerae, quae proinde dicere potest, id non ab alio quam a suo iudice iudicandum esse; Sed huiusmodi quaestiones hodie vix per iuris tramites decidi solent, cum irreperitur usus Cameralium super quibuscumque incidentibus procurandi Pontificia Chirographa, ut in praesenti audio factum esse super potioritate gabellarii, de qua potioritate habetur actum in una Romana gabella, seu concussus sub rite de credito.

Alliam disputationem habui in Signatura Iustitiae circa istam iurisdictionem ripalem in una Romana Vallonia inter quosdam hebraeos orientales, quorum unus causam introduxerat coram d. Camerario, & alter coram A. C. Atque ad istum, non autem ad illum spectare dicebam causae cognitionem, quamvis controversia esset occasione mercium, quae per flumen ad ripam advenerant, quia dicta Constitutio Clem. VII. Pauli III. & Pii IV. agunt de controversiis habendis occasione rerum ripalium, vel ab illis emergentibus & dependentibus ex causa pretii illarum, de quibus habeatur fides, vel alias contractentur inter mercatores, nautas & alios, commercia pro rebus ripalibus cum eisdem mercatoribus & nautis habentes, ut liquet ex Constit. Pii IV. quae latius patet, & sic in concernentibus ipsum mercionem ripale ad negotiantes facilius alliciendum, & ne ab illis coram aliis iudicibus cum rela iudicialia sublinenda, cogantur navigationem, & negotium deferre, quod privilegium dicebam originem trahere a iuris communis dispositione, vel intentione, qua attendi in nudinis, portibus, aliisque locis negotiationi destinatis huiusmodi iudicium summarium, ac planum, & de facto datur, quod vocatur iudicium mercatorum, ex deductis per Maranta in pr. xi. p. 200. ff. de iudicium mercatorum, ex nu. 49. ad fin. ubi Folliertus in addit. ex Bal. & aliis quos allegat, subijungit, huiusmodi iudicium coram Consilio mercatorum, vel aliis ad id deputatis, locorum habere solum in rebus & materiis mercantilibus, de quibus tamen controversia sit occasione ipsius mercionum, & commercii mercantilis; Prout ubique praedictum in causis, quae ita tractantur coram Magistris nundinarum, in quibus terminis dicto casu non verfabatur, quia controversia erat super credito pecuniarum contracto in insula Cretae, ten alibi, cum conventionio illud solvendi ex pretio valloniae, quae transmittatur ad Urbem, ut ibi venderetur, nam alias omnes causae pecuniarie inter Barones & Cives Romanos tractari deberent in hoc foro, occasione frumenti, vini, aliarumque rerum, quae gratia commodioris transportationis ad Urbem per flumen veluntur, & ita resolutum fuit.

LEODIEN. UNIONIS PRO PP. PRAEDICATORIBUS GERMANIE INFERIORIS

CUM CAPITULO ECCLESIAE N.

Causa disputata in Signatura Iustitiae, & resoluta infra.

An A. C. in secunda instantia iurisdictionem habeat in causis beneficiis, & quando ista dicantur tales.

S U M M A R I U M.

- 1. A. C. est iudex appellationsis ab omnibus causis extra Curiam.
2. Electio est appellationsis de pluribus iudiciis.
3. A. C. non habet iurisdictionem in beneficiis, quod dupliciter declaratur.
4. Quando causa dicitur beneficiis, necno.
5. Causa Leodienfes committuntur in Rota.

D I S C. LXXXIV.

1. Facta per Sedem Apostolicam unione quorundam beneficiorum ad favorem Patrum Ordinis Praedicatorum Ger-

maniar inferioris; Cum literarum Apostolicarum desuper expeditarum executione se opponeret capitulum Ecclesiae N. atque in partibus sententia dicti Religiosis praedictis prodidisset, interposita per eos appellatione, causam introduxerunt coram A. C. E converso autem capitulum praedictum curavit causam per Breve Apostolicum committi alteri iudici in partibus; Atque in iurisdictione controversia, aduentibus partibus Signaturam iustitiae.

Pro dictis Regularibus scribens, dicebam fundatam esse eorum intentionem pro remissione causae ad A. C. cum non dubitetur ipsum esse iudicem competentem appellationsis in quibuscumque causis extra Curiam, ut constat ex eius facultatibus impressis post Salut. in eius praxi, & etiam deductum habetur per Sacc. de appell. q. 8. nu. 99. & 155. & saepius dixit Rota, praesertim dec. 36. n. 1. & 28. p. 10. rec. Data vero competentia, certum est, electionem esse appellantis, ex deductis per eundem Sacc. d. tradit. q. 5. n. 99.

Non negabatur haec per alterius partis defensores, ut potest notoria, & quotidie praedicta, sed dicebatur ea procedere in aliis causis, non autem in beneficiis, in quibus quicquid aliquando dubitatum fuerit, hodie per Signaturam & in Curia receptum est, A. C. non habere iurisdictionem, neque esse iudicem competentem, quod ego stante moderna praxi, & opinione, in qua residet Signatura non negabam, dum etiam Rota non semel eundem sensum habuit, ut praesertim habetur apud Achill. dec. 24. de appell. Greg. & add. dec. 118. n. 4. Coccin. dec. 169. n. 1. Cavaler. dec. 32. & 124. d. 99. n. 20. p. 10. rec. & in aliis.

Replicabam tamen, vel id non procedere, quoties non agitur de decidenda causa beneficiis in petitorio, sed solum ubi de simplici executione literarum Apostolicarum pro assumptione possessionis beneficii in processu executivo competente literis Apostolicis, quarum generaliter A. C. est executor, etiam si essent foveae provisione beneficii iuxta modernas facultates ex deductis per Coccin. dec. 169. n. 5. Royas dec. 315. n. 4. add. ad Burat. dec. 299. n. 6.

Vel obiectum non intrare ex defectu applicationis, eo quia non agebatur de causa beneficiis, quae tunc dicitur, quando agitur inter duos provisos contententes de titulo, ac pertinencia beneficii; Secus autem ubi lis est super iure conferendi, vel praesentandi, sive super unione, ac similibus controversiis, in quibus beneficium sit bene occasio litis, illa vero non percutit eius titulum, vel pertinentiam inter duos provisos, sed diversum effectum, ut magis latet in materia, casus distinguendo, habetur apud Coccin. dec. 42. Et in specie, quod ubi agitur de unione, causa non dicitur beneficiis, Coccin. dec. 169. n. 2. Cavaler. dec. 472. n. 4. Greg. dec. 362. n. 1. adden. ad eundem, dec. 174. n. 7.

Signatura, consentiente hac parte, immo desiderante, causam commisit Rota cui causa Leodienfes committi solent, apud Burat. dec. 285. n. 6. ubi add. Id enim quod effugit querebatur, erat, ne remitteretur iudicibus de partibus, coram quibus ob maiorem capituli oppositoris potentiam, Partes de eorum iustitiae admisione factis dubitabant, cum saepius ista, quae solum ordinem concernunt, ad iustitiam, ac negotii principalis determinationem influere soleant.

ANNOT. AD DISC. LXXXIV.

Super puncto, an A. C. habeat iurisdictionem in beneficiis, aliquid, ac etiam in matrimonialibus, videri possunt ea, quae insinuantur in relat. Curiae, l. 15. d. 34. ubi de hoc Tribunali, ejusque facultatibus.

ROMANA DECIME

PRO CARDINALIBUS RAGGIO ET LOMELLINO

CUM CAMERA APOSTOLICA.

Causa resoluta per Congreg. particularem deputatam pro dictis Cardinalibus.

De iurisdictione Theaurarii Generalis competente ex Constitutione 100. Sixti V. dictique Theaurarii participatione de decima omnium incamerationum; An procedat in Provinciis & Regionibus extra Italiam, in quibus accidentaliter contingat, eundem Theaurarium aliquam superioritatem, vel auctoritatem habere.

An eadem iurisdictione in eodem loco, vel genere possit pluribus eodem tempore competere, & quando

do ejus specialis concessio nisi facta censeatur cumulativa ad alterum, vel privativè.

S U M M A R I U M.

- 1. De iurisdictione Theaurarii generalis ejusque participatione de spoliis.
2. Officium collectoris spoliarum aliis erat diversum ab illo Theaurarii.
3. Pars addita, vel reversa ad Regnum vel Principatum cadit sub eadem iurisdictione & legibus.
4. Sub legato reventis pars addita.
5. An dari possint duo capita in eodem corpore, & sic duo cum eadem iurisdictione, declaratur.
6. Causa eadem iurisdictione pluribus, censeatur in dubio cumulativè.
7. Dantur plures casus in iure, in quibus per iurisdictionem datam non censeatur adempta iurisdictione alterius.
8. Per deputationem Praefectoris particularis non censeatur adempta iurisdictione Praefectoris generalis.
9. An detur hic concursus in iurisdictione delegata.
10. De quarta parte paene competens iudici in causis in conventionem.
11. Quando descriptum Principis directum Officiali ordinario dicitur importare delegationem, vel excitationem iurisdictionis.
12. Exercens duplex officium percipere potest duplex emolumentum.

D I S C. LXXXV.

Disponente Constitutione 100. Sixti V. Theaurarium Generale esse debere universalem collectorem omnium spoliarum per Italiam, excepta Nunciatura Regni Neapolitani; Nec non participare debere de decima parte omnium incamerationum, exceptis illis quae fierent in Regno praedicto, ac etiam excepta Nunciatura Hispaniarum, de cuius spoliis & emolumentis ad Urbem transmittendis, Theaurarius pro sola quinquagesima participat.

Cum Principatus Cataloniae, & Comitatus Rossilioni sub Hispaniarum Nunciatura existerent, ob immutatam de facto dominationem continuare non possent sub praedicti Nuncii administratione, & iurisdictione; Hinc proinde Sedes Apostolica per modum provisionis, & ne interitus ejus iuris ita praedictarum remaneret, in iurisdictione Provinciae Hispaniarum Generalis spoliarum, curam, & administrationem commisit, ut ibi commissarios, aliosque ministros a praedicto Nuncio alibi deputari solitos deputaret; Sed post aliquod tempus per literas in forma Brevis particularium Collectorum direde ibidem deputavit, qui tamen Theaurario praedicto quamdam subordinationem tanquam inferiori ministeri semper praesens habere agnovit, recipiendo ab eodem ordine opportunos circa pecuniarum transmissioem, & alia contingentia; Quibus factis stantibus, tam Cardinalis Raggius pro tempore quo fuit Theaurarius, & sub quo ista innovatio contigit, quam Cardinalis Lomellini in officio successore, suum decimam, eodem modo, quo de ceteris Italiae spoliis percipiunt, de istis etiam perciperunt; Verum in computorum redditione, opponentibus Cameralibus, quod de huiusmodi spoliis, non decima, sed solum quinquagesima eis debita esset, atque deputata per Papam Congregationem particulari aliquorum Clericorum Camerae.

Assumpta desuper disputatione, praecipuum ac totum fundamentum Cameralium in eo consistebat, quod Theaurarii iurisdictione cum iure participandi de decima, restricta esset ad Italiam, expressè exceptis, tam Nunciatura Regni Neapolitani, quam illa Hispaniarum, sub qua ista Provincia veniebat. Unde cum de iure communi statutum non esset; quod Theaurario aliqua participatio deberetur, atque illa competens ex dicta Constitutione restricta esset ad certas provincias, vel regiones, illas egredi non poterat; Et multo minus ex tempore quo particularis Collector per Papam directè & immediate deputatus fuerat, cum hic dicens esset subrogatus in locum Nuncii Hispaniarum, ejusque partes supplere; & per quam deputationem cessasse dicebant eam iurisdictionem, seu administrationem, quae provisionaliter, donec ad huiusmodi deputationem deveniret, Theaurario demandata erat.

Pro dictis autem Cardinalibus pro tempore Theaurarius scribens, distinguendo pro faciliiori resolutione questionem in duas inspectiones, Unam scilicet pro tempore quo solus Theaurarius absque dicto speciali Collectore administravit. Alteram vero à dicta deputatione citra; Quate-

nus pertinet ad primam, ponderabam, attento tenore dictae Constitutionis Sixti respectu decimae, vel aliorum emolumentorum ad Theaurarium pertinentium, nullam adefe restrictivam intra Italiam, vel alias fines, cum in §. 8. cum duobus seqq. & §. 42. post med. generaliter & indefinitè sibi concedatur decima, & taxa, aliaque emolumenta de spoliis, bonis vacantibus, ac redditibus male perceptis, necnon illicitis negotiationibus, & quibuscumque incamerationibus & proventibus huiusmodi.

Restrictiva autem, seu enunciativa Italiae legitur, tam in §. 2. quam in §§. 12. & 18. quoad exercitium collectoris iurisdictionem & facultatem exigendi. Possunt autem simul stare quod iurisdictione Theaurarii in ordine ad collectoriam restricta sit intra certos fines, vel casus, jus autem emolumentorum ratione Theaurariae sit indefinitum, & generale, ita ut ista sint duo munia, alias separata, ita in simul unita, idedque diversis modis ac respectibus exercenda, & regulanda, cum ejusdem Constitutionis tenor ostendat, praerogativa temporibus unum officium fuisse ab alio separatam.

Quodque jus participandi de emolumentis iuxta ratas, vel ab antiqua consuetudine, vel à dicta praescriptione taxatas, sit quid diversum à collectoria comprobatur dicebam ex eo, quod collectiam intra Italiam, duo adiunt Principatus habentes Collectorem, qui habeat annexum duplex munus Nuncii & Collectoris Apostolici, ut sunt Ducatus Sabaudiae, & Ducatus Florentiae, in quibus absque dubio Theaurarius eandem non potest Collector. Et nihilominus Theaurarius eandem decimae participationem habet. Ergo decima non est ratio collectoriae ita restrictae, sed est ratio participationis quae Theaurario, generaliter & indefinitè in casibus non limitatis competit; Prout in Regno Neapolitano, & in illis Hispaniarum, Theaurarius nullam exercet collectoriam, & tamen participat de quinquagesima, non ratione muneris Collectoris, sed ratione alterius muneris Theaurarii.

Idedque stante quod respectu participationis independentis à collectoria, ejus intentio incamerationibus ubicumque fiant, in quibuscumque spoliis & incamerationibus, tanquam in limitationibus regalia generalis, plynus erat, stante exceptione Nunciaturae Hispaniarum, sub qua ista eadem Provincia comprehenditur retroactis temporibus solita erat, & ex cuius spoliis Theaurarius non nisi quinquagesimam percipere consueverat. An eadem Provincia pro tempore quo sub dicto Hispaniarum Nuncio non esset; sed sub ejusdem Theaurarii administratione immediata, vel mediata ut supra, & regulari deberet iuxta antiquum morem, vel potius eo modo, quo reliqua loca non exceptata regulantur.

Atque in hoc probabilius pro iure Theaurarii cum sensu etiam veritatis, omnino respondendum dicebam, quia exceptio non est de ipsis Regnis, Provinciis, vel locis, sed de ipsa Nunciatura, idedque intelligenda est de illis locis, quae sub dicta Nunciatura iurisdictione & administratione veniunt, cum limitatio sit ratione Magistratus. Unde quemadmodum si Sedes Apostolica aliquam instulam Italiae adjacentem, seu etiam aliam partem dictae Nunciaturae uniret, ac submitteret, ista pars, tanquam species alluvionis eandem in proposito assumeret naturam & qualitatem, quia exceptio est de Magistratu, non de locis. Ita e converso, si ab eodem Magistratu, vel Praefidato aliqua pars dimembraretur, vel accidentaliter cessaret, illa tanquam in casu extra limitationem, & tanquam per reversionem ad suam causam generalem, dicitur esse in casu regule, & consequenter cadere sub iurisdictione & administratione Theaurarii tanquam Officialis Generalis iura Camerae administrantis in omnibus illis locis, in quibus cesset illa specialis circumstantia, quae ab huiusmodi generica iurisdictione eximitur.

Utpote pro toto Regno deputatur Vicarius, vel alter Magistratus Generalis, cui aliqua causarum univertitas demandata sit, à qua iurisdictione exempta sint loca in feudata, proprios feudatarios ac Dominos mediatos habentia; Si casus praebat, quod feudum devolvatur, vel alias cesset illa causa, quae eam Regni partem à iurisdictione Vicarii Generalis seu à legibus Regni exceptuabat, tunc tanquam pars totius, revertens ex cessante ratione separationis ad suam integritatem, & causam, illi cedit sub dicta generica iurisdictione ac legibus ex theor. Guglielm. de Cuncto in l. 2. si convenit, §. si munda, ff. de pignorat. action. ubi optime Bar. cum quo ceteri pertranseunt, Balan. cap. Imperialium, §. Pratered Ducatus, n. 7. in fine de prohib. feud. alienar. per Feder. Nat. conf. 340. n. 25. & habetur deductum in Urbinaten. sub rite de feud. ad materiam Bullae Baronom, dist. 83. ubi quod dicta bulla, utpotè comprehendens solum Statum mediatum, de